

tivus additur more Hebræorum per pleonasmum: hic tamen numerum multitudinis mysterio non vacare S. Patres annotarunt.

VERS. 9. — Illa etiam verba: *Nolite intelligere, nolite cognoscere*, per futura verba verti possunt: *Non intelligetis, non cognoscetis*; sed quæ sequuntur ut imperatè dicta accipiuntur videntur exigere: *Ne intelligatis, ne cognoscatis*; et accipienda sunt sicut quæ sequuntur.

VERS. 10. — *IMPINGUA*. A nomine *schaman*, quod in genere omnem *pinguedinem* notat, fit verbum quod *pinguere* significat, et in tertiâ fit activum: *Crassum reddo et obtusum*. Ventres enim pingues non gi-gnunt mentem. Et sicut corpora pingua minus sunt agilia neque faciliè moventur, sic metaphoricè *cor pingue* seu *mens crassa* illa dicitur quæ non penetrat, non ratiocinatur. CLAUDE; vel *præstringe*. Hebræis enim *schaa* est *reprimi* seu *retineri*; ut sit contrarium verbi *excæcandi*, seu *proferendi* et *emican-di*, de quo infra 29. Hic est in tertiâ *restringe* sive *præstringe*, *reprime oculos*, *ne videant*, etc. Quæ his duobus versibus continentur accipienda existimo ut verba irati animi, quæ nihil aliud significant quàm illos ob malitiam suam audientes non intellecturos, neque percepturos quod ipsi expedit et quæ Domini jussu ipsis proponebantur; certumque esse quòd obruti vitiiis ac longè peccandi consuetudine non at-tenderent monitionibus Prophetarum, ut essent in auribus eorum verba Phœthete *sicut verba libri signati*, etc., ut infra 29 dicitur, qui locus hunc expli-cat. Quòd autem tota hebetudo ab ipsis proveniat, neque Deus sit qui si propriè loquaris illos excæcet, probat hic quoque locus, dùm Phœthete præcipitur ut *ipsorum cor impingat*, et *ures eorum obturet*, etc. Qui enim fieri posset ut id Phœthete præstaret? Signi-ficat ergo illos nihil minùs intellecturos, quàm si quis eorum aures obturasset aut oculos repressisset, etc. Nam quod Joannes 12 dicit: *Propterea non poterant credere, quia iterum dixit Isaias: Excæcavit oculos eorum*, etc., non ita accipiendum est ut sonant verba, sed: *Propterea non poterant credere, quia tales erant quales prævidit Isaias ipse futuros quando illa verba dixit*. Notandum quoque quod magnus ille Basiliius ait Athanasius annotatum reliquerunt, quòd in Phœthete videntur hæc verba esse Dei Patris, Joan-

ejus, et ablata iniquitas, mundatumque peccatum. Zacharias: *Et quis ibi ad docendum?* Nec Syrus nobis expressit. Cùm essent, qui ex hoc versu collige-rent, hoc carmen esse omnium, quæ Isaias edidit, primum, hanc septentiam Kimchi in Præfatione ad suum Commentarium in nostrum prophetam referat studeat hæc observatio: « Ex illo capitis 6, 8: *Quem mittam?* constat existisse Isaiæ atate et alios, præ-ter ipsum, prophetas; et reverà vixit tunc Amosus, Zacharias, intelligens visionem Dei, et Oseas, Beeri filius. At: *Quem mittam?* mirum qui reprehendere sciatur populum hunc: nisi enim ad eum prophetas, et nihil profererunt; respondit Isaias: *Eccè ego, mitte me!* quasi dicit: *En! ego adhuc existo; quòd si adhuc nihil profeci, forsitan proficiam in posterum.* Qui sensus verbis mero ex lubitu inierunt. (Rosenmuller.)

nes autem loco citato videtur dicere fuisse verba Dei Filii; at apud Lucam in Actis Apostolorum dicantur esse verba Spiritus S., ut probabile videri possit, re-velatum in hæc visione fuisse Phœthete Trinitatis mysterium, non solum quia ter Sanctum clamabant Seraphim Dominum illum Regem Jehova, aut quia, *Quis ibi nobis*, dixit Deus, verùm etiam quoad vo-cem hanc audivit tanquàm à singulis personis prola-tum. CONVERTATUR. Verbum *schub* Hebræis absolutè positum interdum idem valet quòd *respicere* seu *pen-tere*, ut Deut. 50: *Tu autem converteris*, etc., et Jer. 5, potest quoque construi cum verbo sequenti: *Convertatur et sanem*, id est, iterùm sanem. Vide infra v. 15. ET SANEM. Hebr. *Restituatur ei sanitas*. Hebræis verbum *raphah* est *morbum lenire, medicari, sanare*, interdum cum accusativo, interdum cum dativo, ut hoc loco. Ad verb., et *sanitatem illi confertur*, id est, sanitas conferatur. Utuntur enim tertiis perso-nis Hebræi non rarò impersonaliter.

VERS. 11, 12, 15. — *USQUEQUÈ DOMINE*, etc. Admi-ratur propheta severitatem divinæ sententiæ in popu-lum suum, neque dubitans quia sit futurum sit, de duratione illius cæcitatatis sollicitus, interrogat: *Quam-dùm, Adonai?* Cui respondet Dominus, duraturam cæcitatem quousque omnino peritent, ac coram res-publika penitus deleteret, et civitates desolarentur, et vastatio ubique obtineret. Illud autem *donec* non est ita accipiendum, ut post illud exilium et devasta-tionem exules deposituri essent cæcitatem, sed nihil aliud notat juxta Hebræorum idiotismum quàm quòd cæcitas seu obsecatio contingeret desolationem illam. Itaque non dubito quin quæ v. 11 et 12 dicuntur ad tempora Titii et Vespasiani referenda sint, quod autem ultimo loco v. 15, ad tempora Adriani: *Adhuc*, inquit, post illam insignem cladem Jerosoly-mitanam, iterùm decimabuntur, iterùmque erit in *de-pastionem* seu *exustionem*, ut *similis sit illic, aut quercu*, tempore quo *eis folia defuunt, stipite tantum* apparente. Quam similitudinem supra habes c. 1, 50. Sed voces examinemus. LONGÈ FACIET. Vel *procul removebit*. Vide Josephum, quòt millia Judæorum ab ducta fuerint in captivitatem ac dispersa per totum orbem: quos hodiè etiam ubique terrarum videmus dispersos. QUÆ DERELICTA FUERAT. A verbo *habeb*, quod est *dereliquit, deseruit*, etc.; præsertim si cum accusativo tantum construat (mutat enim modum significandi ex variâ constructione, ut Psal. 14: *Super te reliquit se*; et Gen. 39: *Reliquit omnia sua in manu Joseph*, id est, commisit; et Neh. 5: *Reliquerunt us-que ad*, id est, extenderunt) venit participium *habeb*, quod in genere feminino in abstracto interdum accipitur, id est, *derelictio*. Vide infra c. 17. DECIMATIO. A nomine numerali *hesser, decem*, venit nomen *Hasiriab*, *decima seu decimatio*, quòd aliqui accipiunt in bonam partem pro *electis*, quos ultimis verbis *semen sanctum* vocat: quibus nequaquam assentior, quòd quæ sequuntur non conveniant, et erit iterùm in *de-pastionem* seu *combustionem*; quare (ut jam exposui) sic accipiendum est ut idem sit: *Adhuc in eâ erit deci-*

matio, et quod mox additur: *Et revertetur, et erit in depastionem*; vel sic: *Post illam multam desolationem adhuc ta nen decima*, id est, nonnulli et pauci remane-bunt; *seu revertetur et erit*, id est, iterùm erit, in *de-pastionem*: semel enim atque iterùm vastati sunt, ut jam dixi. Notandum est autem Hebraismus, et usus illius verbi *schub*, quod est *redire*; et juxta variam con-structionem variè reddi debet. Si construat cum altero verbo, optimè redditur per adverbium, ut Job. 7: *Non revertetur oculus meus videre bonum*, id est, non iterùm videbit. Psal. 85: *Nonne revertetur, vivificabis nos?* id est, iterùm vivificabis; et Jos. 5, etc. Jam supra dixi de verbo *bahar* quòd *adurere*, deinde *depassi* significat; quòd si comparisonem quæ sequit-ur cum his conjungas, verte *depastionem*; erit in *depastionem*, sicut *ilex*, etc.; sed meliùs videtur ut ad superiora omnia referantur repetito verbo *erit*, ut supra cap. 1: *Quando fuerit sicut ilex*, etc. QUÆ EX-PANDIT, etc. Vulg. à verbo *schalah* participium *schaleket* accepit verbaliter pro *emittente seu expandente, metsabeth* pro *ramis*. Ego in abstracto accepi, quasi sit idem quòd in primo capite. In hæc eadem similitudine dicitur *halah nobeleth*, id est, *quando marcescit folium*, vel, ut Vulg., *defluentibus foliis*. Est autem à verbo *schalak*, quòd tantum in tertiâ est in usu, et significat *dejicere dorsum*; de quo infra 54: *Interfecti eorum dejicientur*; hinc *schaleket*, *dejectio*; et porta quedam apud Ezechielum *porta dejectionis* dicitur, quia per eam sordes dejiciebantur: quòd Rabbini ignorasse nihil mirum, qui hic somnia afferunt; quos plerique ex nostris sequuntur. Rarus. Ego *stipitem* dixi; nam Hebræum *maisobeth* est à verbo quòd significat *stare*, nempe *Iatsab*, quòd in voce passivâ significationem habet neutram, ut alia quæ videre potes in Lexicis, et non à *Nitsab*, in quâ formâ verbaliter non legitur: unde pro *statuis* frequentissimè accipitur: hic autem pro *statu arboris*, id est, trunco seu stipite: quòd qui non animadvertierunt pro *subsistentiâ* acceperunt, alii pro *fulcro*; alii aliud somniarunt; eùm tamen de quercubus sit sermo, quales amissis foliis maneant, CAPUT VII.

1. Et factum est in diebus Achaz filii Joathan, filii Ozia, regis Juda, ascendit Rasin, rex Syriæ, et Phæce, filius Romelie, rex Israel, in Jerusalem, ad præliandum contra eam: et non poterunt debellare eam.
2. Et nuntiaverunt domui David, dicentes: Requievit Syria super Ephraim; et commotus est cor ejus, et cor populi ejus, sicut moveatur ligna sylvarum à facie venti.
3. Et dixit Dominus ad Isaiam: Egredere in occursum Achaz tu, et qui derelictus est Jasub filius tuus, ad extremum aqueductus piscinæ superioris in viâ Agri fullonis.
4. Et dices ad eum: Vide ut sileas; noli timere, et cor tuum ne formidet à duabus caudis titonium fumigantium istorum in irâ furoris Rasin regis Syriæ, et filii Romelie;
5. Eò quòd consilium inierit contra te Syria in malum, Ephraim, et filius Romelie, dicentes:

immobilibus truncis, et horrida visa. Sed annota-tione dignissimum est, quòd propheticè more simili-tudinem defecit paululum Phœthete ad consolatio-nem, in trunco illo considerans vim producendum iterùm foliorum et fructuum: *Semen*, inquit, *sancti-tatis, vel sanctum, truncus ejus*: ubi opus est meminisse quòd jam supra annotavi, quæ de vastatione populi Israelitici hic propheta et alii commemorant, non in-telligenda tantum esse de corporali seu visibili vasta-tione, sed etiam de amissione omnium bonorum per peccata et infidelitatem, quæ corporalis vastationis in causâ fuerunt. Semper autem reliquias superfuturas significat, quæ *semen sanctum* appellat; qui enim in-columes quas fecerunt et in sua infidelitate persistunt, illi jam inter Israelitas non computantur. Vel sic: *Truncus ille idecirò remanebit ut sit quoddam sancti-tatis seminarium*. In hoc enim nonnulli superstites remanserunt, quia ex illis orturi erant sanctissimi illi viri quos in prindivâ Ecclesiâ scimus floruisse. Quid si truncum appellet paucos quosdam pios, apud quos mansit fides illa patriarcharum; qui quidem patriarchæ fuerunt veluti radix sancta ex quâ orta fuerat non solum secundum carnem, sed secundum fidem innumerabilis illa Israelitarum multitudo, qui ubi excederunt à fide, ab arbore quoque ipsâ deciderunt, seu tanquàm rami præcisi sunt, et projecti sunt in conculcationem omnium gentium, ut paucissimi tantum manserint filii fideles, quibus inseri possent gentes, ut fierent filii Abraham? Certè ad hunc locum videtur alludere Paulus ad Rom. 11, ubi postquàm dixisset *reliquias seu electos quosdam saltem consecutos, cæteros autem excæcatos, et oculos habuisse, neque vi-disse, et aures, neque audivisse, dicit massam et radicem sanctam esse*; et *quodam ex ramis fractos esse, ut gentes insererentur*: quæ omnia in hoc capite ita habes ut non indigeat Isaias meliori interprete. Est ergo sensus, et erit similis illic et quercu, quarum in de-jectione foliorum tantum truncus quidam remanet; truncus autem ille in populo *semen quoddam sanctum* est, seu radix quædam sancta, quæ nunquàm interibit.

#### CHAPITRE VII.

1. Au temps d'Achaz, fils de Joathan, fils d'Ozias, roi de Juda, Rasin, roi de Syrie, et Phæce, fils de Romelie, roi d'Israël, se portèrent sur Jérusalem pour attaquer cette ville, et ils ne purent la prendre.
2. Et l'on vint dire à la maison de David que la Syrie s'étoit liguée avec Ephraïm; et le cœur d'Achaz et le cœur de son peuple furent saisis et tremblèrent de crainte, comme tremblent les arbres des forêts agités par les vents.
3. Alors le Seigneur dit à Isaië: Allez au devant d'Achaz, vous et Jasub votre fils qui vous est resté, au bout du canal qui conduit l'eau dans la piscine supérieure sur le chemin du champ du foulon;
4. Et dites-lui: Ayez soin de demeurer tranquille; ne craignez point; et que votre cœur ne se trouble point devant ces deux bouts de tisons fumants, de la violente colère de Rasin, roi de Syrie, et du fils de Romelie;
5. Parce que la Syrie, Ephraïm et le fils de Romelie ont formé ensemble le dessein de vous perdre, en disant:



6. Ascendamus ad Judam, et suscitemus eum, et avellamus eum ad nos, et ponamus regem in medio ejus filium Tabeel.

7. Hec dicit Dominus Deus: Non stabit, et non erit istud;

8. Sed caput Syriae Damascus, et caput Damasci Rasin; et adhuc sexaginta et quinque anni, et desinet Ephraim esse populus.

9. Et caput Ephraim Samaria, et caput Samariae filius Romelie. Si non crederitis, non permanebitis.

10. Et adjecit Dominus loqui ad Achaz, dicens:

11. Pete tibi signum à Domino Deo tuo in profundum inferni, sive in excelsum supra.

12. Et dixit Achaz: Non petam, et non tentabo Dominum.

13. Et dixit: Audite ergo, domus David: Numquid parum vobis est, molestos esse hominibus, quia molesti estis et Deo meo?

14. Propter hoc dabit Dominus ipse vobis signum: Ecce virgo concipiet, et pariet filium, et vocabitur nomen ejus Emmanuel.

15. Butyrum et mel comedet, ut sciat reprobare malum, et eligere bonum.

16. Quia antequam sciat puer reprobare malum, et eligere bonum, derelinquetur terra quam tu detestaris à facie duorum regum suorum.

17. Adducet Dominus super te, et super populum tuum, et super domum patris tui, dies qui non venerunt à diebus separationis Ephraim à Judá, cum rege Assyriorum.

18. Et erit in die illa: sibilabit Dominus muscae quae est in extremo fluminum Ægypti, et api quae est in terrâ Assur;

19. Et venient, et requiescent omnes in torrentibus vallium, et in cavernis petrarum, et in omnibus fructibus, et in universis foraminibus.

20. In die illa radet Dominus in novacula conductâ, in his qui trans flumen sunt, in rege Assyriorum, caput et pilos pedum, et barbam universam.

21. Et erit in die illa: Nutriet homo vaccam boum, et duas oves;

22. Et prae ubertate lactis comedit butyrum; butyrum enim et mel manducabit omnis qui relictus fuerit in medio terrae.

23. Et erit in die illa: omnis locus ubi fuerunt mille vites, mille argenteis, in spinas et in vepres erunt.

24. Cum sagittis et arcu ingredientur illuc, vepres enim et spinæ erunt in universâ terrâ.

25. Et omnes montes qui in sarculo sarrientur, non veniet illuc terror spinarum et veprium, et erit in pascua bovis, et in conculcationem pecoris.

## COMMENTARIUM.

Vers. 1.—Historia nota est: lege in ultimo lib. Reg. cap. 16 (1). ASCENDIT; *alah*, id est, *ascendit*, non

(1) In diebus Achaz, impii regis, sub quo tamen suavissime exhibentur prophetiae, in piorum solatium qui in pessimâ illâ ætate viverunt. FILII JOATHAM, FILII OZIE. Quæres: Cur tam impii regis genealogia sic exprimitur? Resp.: Id solet in S. Scripturâ fieri tam

6. Allons contre Juda; faisons-lui la guerre; rendons-nous-en les maîtres, et établissons-y pour roi le fils de Tabeel.

7. Mais voici ce que dit le Seigneur Dieu: Ce dessein ne subsistera pas, et leurs pensées n'auront point d'effet.

8. Mais Damas demeurera la capitale de la Syrie, et Rasin régnera dans Damas; et dans soixante-cinq ans, Ephraïm cessera d'être au rang des peuples.

9. Samarie sera la capitale d'Ephraïm; et le fils de Romelie, roi de Samarie. Si vous n'avez une ferme foi, vous ne persévérerez point.

10. Et le Seigneur parla encore à Achaz, et lui dit:

11. Demandez au Seigneur votre Dieu qu'il vous fasse voir un prodige, ou du fond de la terre, ou du plus haut du ciel.

12. Achaz répondit: Je n'en demanderai point, et je ne tenterai point le Seigneur.

13. Et Isaïe dit: Ecoutez donc, maison de David: Ne vous suffit-il pas de laisser la patience des hommes, sans laisser encore celle de mon Dieu?

14. C'est pourquoi le Seigneur vous donnera lui-même un signe. Voilà que la Vierge concevra et elle enfantera un fils qui sera appelé EMMANUEL.

15. Il mangera le beurre et le miel, en sorte qu'il sache rejeter le mal et choisir le bien.

16. Car avant que l'enfant sache rejeter le mal et choisir le bien, les deux pays que vous detestâtes à cause de leurs deux rois, seront eux-mêmes abandonnés.

17. Le Seigneur fera venir sur vous, sur votre peuple, et sur la maison de votre père, par les armes du roi des Assyriens, des temps si malheureux, qu'on n'en aura jamais vu de semblables depuis la séparation d'Ephraïm d'avec Juda.

18. En ce temps-là, le Seigneur appellera comme d'un coup de sifflet la mouche qui est à l'extrémité des fleuves de l'Égypte, et l'abeille qui est au pays d'Assur;

19. Et elles viendront se reposer dans les torrents des vallées et dans les creux des rochers, sur tous les arbrisseaux, et dans tous les trous.

20. En ce jour-là le Seigneur se servira des peuples qui sont au delà du fleuve, et du roi des Assyriens, comme d'un rasoir qu'il aura oué pour raser la tête, le poil des pieds, et toute la barbe.

21. En ce temps-là, un homme nourrira une vache et deux brebis;

22. Et à cause de l'abondance de leur lait, il se nourrira de beurre; car tous ceux qui seront restés au milieu de la terre mangeront le beurre et le miel.

23. Il viendra un temps auquel, dans tous les lieux où l'on avait venu mille pieds de vigne mille pièces d'argent, il ne croîtra que des ronces et des épines.

24. On n'entrera qu'avec l'arc et les flèches, parce que les ronces et les épines couvriront toute la terre.

25. Et toutes les montagnes qui seront sarcelées et cultivées, on ne craindra plus d'y voir croître les ronces et les épines, mais elles serviront de pâturages aux boeufs, et les troupeaux y viendront en foule.

## COMMENTARIUM.

impis quam piis; Jer. 22, 13, et 26, 1, et 27, 1. Vel, Joatham et Ozia mentionem facit, quod sub iis, et iis tantum, haec nomen prophetaverit, vel, ut significet, non Abazi, sed piorum progenitorum ejus gratia, factum ut vinci non possent. ASCENDIT RASIN..... ET PHAGEE, etc. Duæ notantur horum regum incursiones in Judam sub regno Abazi: primo, divisim, ab Israelitis et Syris seorsim, 2 Reg. 13, 37; et 2 Par.

semper ab inferiori loco ad superiorem conscendere significat Hebraei, verum etiam ferri aliorum, seu transferri. Exempla sunt obvia. SYRIÆ. Hebr., *Aram*. Est autem ARAM Armenia, quae nomen sortita est ab Aram, filio seu nepote Noach. Si etymologiam spectes, à *sitis altitudine* nomen habere certum est. Equidem omnium in toto terrarum orbe Armeniam celsissimam esse indicio est, ut Scriptura testatur, in montanis Ararat, quae pars ejus existit, exacto diluvio arcam Noach resedisse, Gen. 8. Deinde verò quia Amos 9 dicitur *Syros translatos fuisse ex Kir in Armeniam*, ex illo eventu postea dictam Syriam verisimile est, quae prius appellata est Armenia, quanquam adhuc aliqua pars Armeniae primaeum nomen retinuerit. Porro ut longa et lata est, ita quoque in multas regiones divisam, et secundum urbes earum distinctis appellationibus cognominatam legimus. Illa in quâ est Damascus Syriae Damasci dicitur 2 Sam. 8, et in quâ est Soba dicitur Syria Soba, quae scilicet inter Libanum et Antilibanum jacet, et corrupto vocabulo *Cana Syria* dicitur, Graecis *Coele*, ob dimissam à declivitate montium planitiem, id quod *Taoba* Hebraei sonat, 2 Sam. 8, et Ps. 60. Sic quoque dicitur Hebraei Syria duorum fluminum, quam Graeci vocant *Mesopotamiam*, Latini *Interamnem*, quod inter Euphratom et Tigrim sita sit. Est et Syria *Maacha*, fortè à *Maakah*, filio Nachor ex Reumâ uxore, qui civitatem de suo nomine appellavit. Haec commemoravi ex quodam viro docto, ut facilius intelligat lector quae 2 Sam. 8, et 10 scribuntur. AD PRELIANDUM. Hebr. nomen est, quod propriè *cedem* seu *incisionem* significat quae fit ore gladii, ut Hebraei loquuntur, id est, in bello; quare bellum vertunt interpretes. Et non potuit, id est, neuter illorum potuit. EXPIGNARE. Verbum Hebraeum *lacam* in voce passivâ significationem habet activam, et credo significare *pugnare* cum suis compositis. In lib. Reg. est absolutè positum, ubi interpretandum: *Et non poterunt debellare*: hic exprimitur pro-nomen et praepositio *super eam*.

VERS. 2.—REQUIEVIT. Vel *concedit*. Hebr. verbum *maac*, *considerare*, *conspicere*, etc., significat; hic autem terminatio est feminina propter nomen *aram*; transferiturque ad pacem; ut interpretari possimus: *Quiescit Syria super Ephraim*, id est, pacem inivit Syria cum Israel. Regnum enim decem tribuum sæpè Ephraim dicitur. Jeroboam enim primus rex Ephraeitarum fuerat. Erat quoque potentissima illa tribus inter ceteras. Vel, *exercitus Syrorum in terrâ Israel considerat*, cum adversus regnum Juda prepararet; unde conjectari poterant, illos junctis viribus velle aggredi Judæam. Non tamen prætereundum est quod *nacah* potest esse integrum verbum seu radix;

28, 8, 8. Quo successu animati vires conjungebant, plenam inde victoriam sibi pollicentes; quâ tamen se falsi smit, 2 Reg. 16, 5. Et haec expeditio hic memoratur, quae anno tertio vel quarto Achazi anno occidens sit Pekah. Vide 2 Reg. 15, 50, 35. Amplificat miraculum, quod Achazi vires tum fractae erant, et flos populi priore bello creptus. (Synopsis.)

et significat *sensum* et *placidè ducere, deducere*, ut *pastor gregem*: ut neutrum autem acceptum, hujusmodi sensum efficit: *sensum accessit exercitus Syrorum ad Israel*. Nec obstat quod hæc sit terminatio masculina, Aram autem videatur esse femininum, ut cetera nomina regionum; nam mox paulò inferius dicitur, *iaas Aram, consilium inivit Aram*, etc., terminatione etiam masculinâ, quia pro ipsis Syris accipitur. Alii supplent nomen, *duxit exercitum*, quasi sit verbum castrense; sed quia non memini me legisse verbum *nacah* absolutè positum, propterea per verbum *considerare* verti: idque significare existimo quod mox dicitur; *Syriam et Ephraim inivisse exercitum adversum Judam*. COMOTUM EST CON. Idem verbum mox repetitur, *moventur arbores*, etc. Et ponitur verbum *sing.* cum nomine plur., quasi significaret *singulorum corda trepidasse*; est autem in trepidatione cordis frequens palpitatione ac commotio; sicut nulla est arbor in sylvâ quae non commoveatur flante vento.

VERS. 3.—QUI RELICTUS EST FILIUS TUUS. Hebr. SEAR-JASUB, nomen proprium filii Isaie; quod si interpretari velis, valet *Reliquiae revertentur*. Quod nomen non dubium quin filio indiderit ob mysterium de quo supra 4 et 4, et frequentissimè apud hanc prophetam, ut vel ex hoc nomine et ejus significatione et præcepto Domini, qui voluit ut propheta secum duceret hunc filium ad regem Abaz, possimus aliquâ ex parte conjicere quò tendant verba prophetae quae infra explicabuntur. AQUADUCTUS. Nomen Hebraeum ab *ascendo* appellationem habet; à superioribus enim locis per aquaductus aquae decurrunt. PISCINA. Nomen Hebraeum *berech* est à verbo quod *placidè et benignè alloqui*, aut *geni flectere* significat: unde *berech*, *geni*, et *beracah*, *benedictio*, tam quae verbis quam quae re praestatur. Quare sic dicta est piscina Hebraei, vel quòd in ea sint aquae placidè stagnantes, vel potius à copiâ et multitudine aquarum. Copiam enim interdum *benedictionem* vocat Hebraismus. FULSIO. A verbo *hibbes*, id est, *lavit*, *lavando candidavit*, venit nomen *kobes*, quod nomine *γαργαρις* reddidit Marcus 9, ubi et significationem explicavit, quando dicit: *Vestimenta illius facta sunt splendida et candida valdè, sicut nix, qualia γαργαρις, fello, super terrâ non valet candida facere*.

VERS. 4.—VIDE. Vel *Cave*. Nam *schamar* in voce passivâ utuntur Hebraei non rarò in dehortationibus et vetationibus; et verbo *cavendi* reddi potest, et in imperativo valet *cave*. Ego existimo constructum cum alio verbo, ut hoc loco, hunc habere sensum: *Cave et quiesce*; id est: *Attende nihil aliud, quam quiescas*; vel: *Vide ut quiescas*; quem sensum expressit Vulg., etc. FORMIDET. Non *molliescat*; id enim propriè significat verbum *racac*; Vulg. sensum expressit. Opponitur enim rei condensatae et induratae. Cor autem pavidorum videtur liquescere et tenerum fieri, aut acium atque cor fortium virorum obdurescere ac firmari. TITIOSUM. *Od est torris, titio, lignum adustum quod ex igne extrahitur*. Zach. 5: *Titio ereptus est*



igne. Quò respexit Judas: Illos, inquiens, per timorem saluos facite ex incendio rapientes. Et fortè est à verbo *isdah* quod *projicere, jaculari* significat, quamvis Rabbinii radicem non assignent. Per extenuationem autem duos illos reges *duas extremitates eum* (seu *caudas*) *tionium* vocat, quò duo tantum ligna fumantia haud ingentem flammam possint emittere. Unde et *fumantium* dixit, quòd non tam ignem quam fumum excitarent, et modicà aquà possint extinguì. In arboribus. Nomen *Cori* semper est Hebraeis in regimine, à verbo *carah*. Est autem *ardor* seu *excandescencia*, et jungitur nomini *aph*, quòd propriè *nasum*, deinde et *iram* significat. Iram ergo illorum regum comparat fumo *tionium*: irati enim fumum naribus efflare dicuntur. *Commotum* itaque Judæorum cor præ timore cum commemorasset propheta (quia solent meticulosi plerumque, dum remedium quaerunt, multa indigna committere contra Dei voluntatem, sicut fecit Ahaz, qui ad Assyrios misit, etc. Vide lib. Regum), introducit jam nunc jussus à Domino ut timorem auferat, regemque ac populum confirmet, prænumtiate iter ad aperendum mysterium Christi. Solet autem Deus in adversitatibus quietem seu silentium suis indicare, contra quam mundus solet. Mandati enim aut desperatione obruntur, aut faciliè tumultuantur et conturbantur: quibus autem Deus esse offert, non opus est eis mundano prasidio; sed quò magis quieverint, magis in tuto sunt: quietis enim pectoribus sese diffundit copiosius Spiritus ille divinus. Hic quoque cogita quantum possit fiducia in Deum; quam si trepidantia corda admittant in maximà rerum perturbatione, qualis tunc erat, possint ex summa trepidatione ad summam quietem ac tranquillitatem transferri. Nisi enim in rebus afflictis beatam illam quietem ac pacem animi retinere possemus, nequaquam per prophetam suis Deus juberet ut quieti essent, ut nihil timerent, etc.

VERS. 5. — **ISERT CONSILIUM.** Ne, inquit, ob hoc timeas quòd *Syria* et *Ephraim* consilium interint, etc. Unica vox est Hebr. *iaals*, consultaverint adversum te, vel super te. Al enim sepe notat materiam subjectam super quà vel de quà agitur.

VERS. 6. — **SUSCITEMUS.** Vel *expergeficiamus*. Verbum *cuts* Hebraeis idem est quòd *compunctus fuit*; ut idem propè sit cum verbo *cut*. Sed variè construitur, et Latine variè reddere oportet: et quando cum *יָצַב*, id est, à facie seu conspectu, construitur, benè redditur verbo *abhorrendi à re quãpiam metu*; quando verò cum 2, horrorem seu fastidium et nauseam habere in re aliqua. Locum illum Prov. 5: *Ne compungaris in correptione ejus*; id est: Ne tibi molestum sit, aut ne detrectes fastidiendo ab eo corripì. Paulus ad Hebr. 12 reddidit verbo *ἰδορυα*, defecio, defatigor: *Neque deficiat cum ab eo argueris*; effectum ponens pro causa. Non enim persistimus in illis que fastidimus. Lucas Act. 2 videtur expressisse verbo *καταβρωσ* *His auditis, inquiens, compuncti sunt corde*, fastidium et dolorem actæ vitæ significans. Hoc verbum in tertià conjugatione modum significandi paulatim mutat:

quia enim qui extimulantur vel compunguntur, excitantur, et evigilant, pro evigilare accipiunt, et hic activè pro excitare; de quo vide infra 22: *Evigilabit, et vacua erit anima ejus*. Ex his apparet, posse hunc locum reddi sic, *extimulemus eum*. Sed metaphorà illa somni magis festiva est, et arrogantiam hostium magis significat. **AVELLAMUS EUM AD NOS.** Vel *dissecando pertrahamus eum ad nos*. Quod nos non nisi duobus verbis, altero actionem ipsam, altero motum significante, rectè reddere possumus, Hebræi uno verbo quod actionem ipsam significat, cum præpositione motus, eleganter exprimunt, *evellere in terram*, id est, evulsurum deicere in terram; *conculcet in terram*, id est, deiciat in terram, et conculcet, et; *abscedamus ad nos*, id est, abscedamus et pertrahamus, etc. Verbum autem *baka*, propriè est *impetu ac vi discindere, dissecare seu fudere ad unum usque*; de quo infra cap. 54. In tertià eandem significationem retinet; sed constructio quam dixi facit ut duobus verbis reddamus, ut 2 Reg. 5: *Accepti secum septingentos viros indantes gladium, ut dissecarent ad regem*, id est, ut dissecando prorumperent ad regem. Ita hoc loco. Decreverant enim plurimos ex Judæis secum adducere in captivitatem, super reliquos autem regem constituere, quem vellent qui cum moribus eorum congrueret: quod facere illis nequaquam difficile foret, pensatis Judæ viribus, quas tantum Syri et infideles ipsi Judæi respiciebant. Unde et istis magna diffidentia et metus, illis autem magna arrogantia oriebatur, etc. Sed quid Dominus? *Ne timeatis, etc.* (1).

(1) **ET PONAMUS REDEM.** etc. Hebr. *Et constitutimus regem in eà*, sive: *Vel constitutimus regem*, ut sensus sit: *Vel partiamur terram Judaicam inter nos, vel prædicamus ei regem, nobis obnoxium, clientem fiduciarum*, uti rex *Aegypti* Judææ præfeci *Ejaki-num*, vid. 2 Reg. 25, 54. *Filius Tabeelis*, unum fortasse ex iis qui contra gentem Davidicam conspiraverant, infra 8, 12. Chaldaeus accepit nomen ut commune et appellativum, vertit enim: *Eum qui nobis placuerit*; sed id planè abs re est. Hebræi interpretes hic coniungunt ad *Cabbalam*, et illam quidem *Cabbala* speciem, quam *Albani* vocant, quæ alphabetum in duas dispartitur partes, à ut indecim litteræ posteriores undecim prioribus rectè subjiciantur, et in scriptione, veri nominis occultandi causa, oppositè pro oppositis sumantur. Quo artificio adhibito in nomine *Tabeel*, id reddet nomen quod idem censerì posset cum *Remalia*. Ac si sensus sit: *Filius Remalia*, sive *Pechachum*, sive quem ejusdem stirpis, aut fratrem ejus, *Ahasi* loco constituendum esse regem. Nec alienum fuisse à prophetis, hujusmodi arte vera nomina nonnquam occultare, patet ex inscripti apud *Jeremiam* exemplo, quod *acheschac* 25, 26, et 51, 41, per aliam *Cabbala* speciem pro *Babel* scribitur. Nostro tamen loco vis ulla probabilis ratio cogitari poterit, cur id nomen, quod supra vers. 4 nudè expresserat vates, nunc tali artificio involutum proposuerit. Paulò verisimiliùs fuerit eorum sententia, qui hunc filium *Tabeelis* *Syrum* fuisse è posteris *Tabriimonis* existimant. *Genis Tabrimon* erat inter *Syros nobiliss*, quippe quem constat parentem fuisse *Benhadad*, clari *Syrie* regis, 1 Reg. 15, 18. Atque *Cabbala* *Tabeel* et *Tabrimon* idem valent. *Rimon* enim est nomen idoli *Syrorum*, vid. 2 Reg. 5, 18; quod nomen ingrediti potuit compositionem nominis propriè pro more populorum Orientalium, ipsis quoque Hebraeis in nomi-

VERS. 7. — **NON STABIT.** Vel *non consistet*. Verbum hebr. cum non dubium est quin *surgere* significet; sed latius patet Hebræis quam Latinis *surgere*: dicitur enim de consiliis, de consultationibus, de verbo, de doctrinà, de promissionibus, vulg. sensum reddidit. Isti autem verbi *stanti, consistenti, firmati, stabilendi* rectius vertitur. Supra autem dicitur hostes Judæ iniisse consilium adversus Judam; deinde consilium expressit, et ne timerent hortatus est: in hoc autem versu explicatur cur ab ullo consilio non metuendum esset: *Non consistet*, inquit, id est, non succedet, neque erit quod cogitant.

VERS. 8. — **CAPUT.** Hebræis *rosch*, caput est. Et quia caput in corpore humano est summum et præcipuum, etiam alia res summa et præcipua hoc nomine dicuntur. *Metropolis* urbs dicitur *caput* provincie, et principes dicuntur *capita*, etc. **DAMASCUS.** Nomen est urbis et regionis circa illam in *Syria* sitæ, Hebræicè *damesec*, voce, ut videtur composita *dam* et *sac*, quasi *saccus sanguinis*, seu *rubi vini*. Hinc et Græci ab *αἷμα* et *δαμα* dictam esse volunt, vocibus idem significantibus quod Hebrææ. Et quia magna fuit ibidem vini fertilitas et copia, *Bacchum* ibi in sacco habitasse linxerunt. **DESINET ESSE POPULUS** (1). Ego *Hebus* *Et* et *Jehona* recepto. Exempla plura hujus modis attulit *Genesis* in Commentar. p. 281, not. Ita *Tabeel* significat *bonum Deum*, et *Tabrimon*, *bonum Rimonem*. *Tabeel* verò, uti notat *Simon Onomastr.* p. 497, pro *Tabeel* dicitur, vel ob passum, vel per paronomasiam, quales in *Isaià* frequentissimæ, quia in hoc nomine intelligitur *Deus falsus*, qui est, *el, nihil*, sicuti et alibi deastri vocatur *chelitium* pro *helio* Conf. Græcum *ἡλιότις*, Tob. 1, 4, 1. Certè cum *Rezinis* in hoc bello prævalerent auctoritas et vires, nequaquam probabile est, illum hanc prædam relinquere voluisse *Pecacho*, sed potius sue genis et fidei homini eandem committere. (Rosenmuller.)

(1) **ADHUC SEXAGINTA ET QUINQUE ANNI, ET DESINET EBRAEI ESSE POPULUS.** Tradunt Hebræi in *Seder otam*, c. 19, et ex his *S. Hier.*, *Haymo*, *S. Thomas*, *Procopius*, *Hugo* et *Dionysius*, hos 65 annos computandos esse non ab *Achaz*, sub quo hæc vaticinium est *Isaiæ*, sed à prophetià *Amos* c. 5, 27, et c. 7, 11, qui idem quod hic *Isaias* prophetavit anno 25 *Ozise* regis *Juda*, biennio ante terræ motum, qui contigit anno 27 *Ozise*. Nam si à 25 anno *Ozise* computes, restabant ex annis *Ozise* (qui 52 annis regnavit) anni 27; his adde 16 annos *Joatham*, et 16 *Achaz*, denique 6 *Ezechie* (nam anno ejus 6 capta est *Samarita*), invenies annos 65; q. d.: Ego *Isaias* repeto et confirmo prophetiam *Amos*, que vulgo nota et trita est, scilicet quòd ab ejus vaticinio inchoando, post 65 annos vastabitur *Samarita*.

Dices: Terræ motus ille, ante quem *Amos* prophetavit, contigit sub *Ozìa*, ut patet *Zachar*, 14, 5, et sub *Jeroboam*, ut patet *Amos* 1. Atqui *Ozìa* cepit regnare anno 27 *Jeroboam*, ut patet 4 Reg. 15, 1. Porro *Jeroboam* regnavit 41 annis: ergo quatuordecim annis tantum regnavit *Ozias* cum *Jeroboam*, quibus consignanda est jam dicta prophetia *Amos*, quia sub utroque hoc rege contigit, ut dixi: ergo non 27, sed ut summum 42 anno *Ozise* prophetauit *Amos*, indeque hos 65 annos inducere oportet.

Respondedo, *Oziam* cepisse regnare anno 27 *Jeroboam*, scilicet regnantis cum patre, qui annus regni *Jeroboam*, solum post patrem regnantis, erat annus 14, ut colligitur ex 4 Reg. 14, v. 25. collato cum 2 Paralip. 25, 1, ubi dicitur *Amasias* pater

*braismon* retinuit, *Jerobam* Hebr. *Ieath* congruit cum cognatis suis significatione *nacath* et *katath*: proinde *deici* seu *prostrati* puto significare. Dicit autem Hebrais *deicietur à populo*, pro *ne sit amplius populus*, vulg. sensum reddidit. Isti autem septuaginta anni computandi sunt, ut annotat *Vatablus*, quorum jam bona pars elapsa erat. Propterea *beod* non *adhuc*, sed *adhuc infra* reddidi; q. d.: *Adhuc futurum est quod Amos prædixit, in captivatem duccendos Israelitas; nec præterlabitur illi, qui in ore multorum sunt, septuaginta anni quin Israel desinat esse populus.*

VERS. 9. — **SI NON CREDIDERITIS, NON PERMANEBITIS.** Vel, *si non credideritis, etiam non suffulcimini*. Nam *im* et *ki* mediatè posita ita solent Hebræi accipi, *si, etiam*. Et verbum *aman* in voce passivà *fidum, fidele, firmum, verum, certum, ratum, stabile* esse significat, et dicitur de homine, de sermone, et de re quãpiam: in quã quidem voce ponitur in secundo membro: in primo autem est in tertià conjug., ubi idem valet quòd Græcis *πιστός*, et Latinis *credo, fides sum, fidem habui*, etc. Inquit ergo *Propheta: Nisi adhiberitis dictis meis fidem, et fisi fueritis promissionibus Domini, nec vos etiam ipse stabiliet aut confirmabit; sed vos sinet dilabi et deici, ut, sicut Israelita, à statu vestro cadatis, et regnum amittatis*. Hanc interpretationem confirmat locus 2 Par. 20, ubi inquit *Josephat: Credite in Jehova Deum vestrum, et stabilietini; credite Prophetis ejus, et proficietis*, id est, fortumati eritis; ubi quòd prius membro dixit (in quo sunt eadem ver-

*Ozise* regnasse 29 annis, ejusque anno 15 cepisse regnare *Jeroboam*. Ergo cum *Jeroboam* regnavit *Amasias* 14 annos, tuncque mortuus est, et statim successit ei *Ozias* filius eodem anno 14, à quo usque ad 41 *Jeroboam* numerantur anni 27, quibus cum *Jeroboam* regnavit *Ozias* vel *Azarias*. Ita *Cajetan*, *ibidem*, et alii. Porro quòd nonnulli addunt, *Oziam* leprâ percussurum eo tempore quo factus est terra motus (utraq; enim hæc pœnà puniuntur fuisse ejus sacrilegium), difficultatem habet: nam sic 25 annis fuisse leprosum, ideoque separatim à populo, ac consequenter totidem annis regnum pro eo administrasset filius *Joatham*; hoc autem falsum est: nam *Joatham*, moriente patre *Ozìa*, tantum erat 25 annorum, ut patet 2 Paralip. 27; nisi dicas optimates pro *Ozìa* et *Joatham* puero administrasse regnum, donec *Joatham* adolesceret in eam ætatem, quæ per se posset illud administrare.

Secundò, paulò aliter hos annos computant *Vatablus* et *Forerius*, scilicet ab anno 17 *Jeroboam* filii *Joas*; illo enim anno prophetaesse hæc *Amos*: ergo ex *Jeroboam* (qui 41 annis regnavit) regno supersunt 24 anni: his adde decem *Manahem*, 2 *Phacee*, 20 *Phacee*, et 9 *Osee* (nono enim ejus anno capta est *Samarita*), habebis annos 65, quos querimus. Sed hic computus non consentit cum communi Hebraeorum computu, quem jam assignavi: nam *Ozias* annus 27, à quo Hebræi hos 65 annos inchoant, incidit non in 17, sed in 14 *Jeroboam*.

Tertiò, *Sanchez* putat hos 65 annos non futurum, sed præteritum spectare, sensumque esse, q. d.: *Adhuc*, id est, abhinc 65 annis predicta est ab *Amos* vastitas *Samaritæ*, eaque illi reversa, uti predicta est, obtinget. Sed è *adhuc*, et *desinet*, futurum significare solet, non præteritum; necque ab *Amos* ad *Isaiam* interfluere potuerunt 65 anni ut patet ex dictis. (Corn. à Lap.)



ha que in hoc loco nostro Isaia, posteriori declarando repetit. De verbo illo autem *isalah*, per quod videtur exposuisse verbum *aman* passivum, infra aliquid dicitur cap. 54, ubi dicitur: *Omne instrumentum paratum contra te, non proficiet*. Significat ergo Prophetam fidem in Deum esse veluti anchoram quæ et Deum apprehendimus et nos ipsos firmamus: si autem fiduciam amittamus, esse nos veluti naves quæ ventorum ac fluctuum hinc atque illuc impelluntur. Quid enim aliud firmare animum poterit in tentationibus ac rebus adversis? Eccl. 2: *Vas dissolutis corde, qui non credunt Deo, et ideò non protegentur ab eo*. Et hic sensus planus est. Possent tamen hæc sequentibus connecti, neglectis Rabbīnorum distinctionibus in hunc modum: *Si non crederitis (nam infideles estis), tunc addidit Jehova loqui ad Ahaz, dicendo: Pete tibi signum, etc.* Qui Hebraismis mollitur, si transpositis verbis dicas: *Et addidit Jehova loqui ad Ahaz, dicendo: Si non crederitis (nam infideles estis), pete tibi signum, etc.* Vel sic: *Si non crederitis (nam infideles estis), iterum tibi dicit Jehova: Pete tibi signum, etc.* Sicut in Evangelio: *Ut autem sciatis quid Filius hominis habet potestatem in terrâ remittendi peccata, tunc ait paralytico, etc.* Hac interpretatio aliquantò durior est, sed non valde absurda.

VERS. 10. — LOCUTUS EST ITERUM. Hebr. *Et addidit loqui*.

VERS. 11. — SIGNUM. *Oth* est Hebr. à verbo *athah*, id est, *venit*, quod significat rem futuram seu venturam; vel quod facit homines venire in cognitionem alicujus rei, quasi cum illo veniat alterius rei memoria seu recordatio. PROFUNDA. Non dubium quod verbum *amac* modo neutrum modo activum sit Hebræis etiam in hiphil. Activè sumptum habes infra 51: *Profundaverunt perfectionem, etc.*, et Ose. 5. Hic autem neutraliter, et Ose. 9. Vox quoque *shealah* non dubium quin et *petitionem* et *infernum* possit significare. Puncta non moror, ut sæpe jam admonui. Vide supra 5, 14, quod infernus à *petendo* dicitur sit: ille factum est ut quidam vertendum putent: *Profunda petitionem, vel eleva sursum, scilicet petitionem*. Vulg. nominaliter accepit has voces, et dixit in *profundum inferni, sive in excelsum supra*; neque male: nam et *emac, profundam, et gabah, excelsum*, tanquam nomina aliis atque aliis punctis accipi possunt. In utroque autem nomine littera *he* motum potest designare. Ego in imperativo tanquam verba utroque verbi, et nomen *shealah* pro *inferno*, quasi opponatur ultimæ dictioni *lemalah, sursum*. Sed parvi refert hoc vel illo modo veritas; nam sensus idem est. Optionem enim dabit Propheta ut quodlibet signum postularet, vel sursum vel deorsum, vel è cælo vel ab inferno: *Ascende, inquit, sursum, vel descende deorsum; mente cælum vel infernum adi, et signum quod liberit postula*. Vide, quæso, Dei etiam erga incredulos benignitatem, et quàm cuperet gentem illam in fide confirmare atque retinere! Quis ergo dubitet quin voluntatem timentium se faciat, et deprecationem eorum exaudiat?

VERS. 12. — Vide quoque hominis ingratitude!

*Non petam, inquit, religionemque prætexens, non tentabo, inquit, Dominum*. Verbum autem *nash*, quantum in primâ *levare* seu *elevare* significat, in tertiâ tamen esse *levare ad altiora, altiora petere seu affectare*: notatque nisum, austum, conatum. Neque alio verbo melius reddere possumus quam verbo *tentandi*. Interdum dicitur vallet idem quod *periculum facere seu experiri*. Hanc autem *tentationem* non ad petitionem signi tantum referendam puto, sed etiam ad superiora, et ad rem ipsam de qua agebatur; quasi diceret Ahaz: *Dicis quod nihil mihi nocebunt hostes; jubes me quiescere, neque aliud agere. Id planè est tentare Deum; ipse enim in hujusmodi periculis vult nos ipsos facere quæcumque possumus. Ego pecunias habeo; conducere possum milites Assyrios, etc. Nolo igitur signum petere, neque inerti otio torpere, ne Deum tentem*. Hunc germanum esse sensum hujus loci res ipsa ostendit. Vide 4 Reg. 16.

VERS. 15. — PAREM VOBS. Omnes, quos vidi, ita distinguunt ut vides. Scias tamen Hebræa sic etiam posse reddi: *An parvi sit à vobis defatigare homines, quandoquidem defatigatis etiam Deum meum?* Quæ versio aut habebit sensum quem altera habet; aut illud est quod alibi dicitur: *Non te abjecerunt, sed me*; et: *Qui vos audit, me audit; qui vos spernit, me spernit*; q. d.: *Ne parvi faciatis me et verba mea, quasi cujusvis alterius hominis: scitote quòd, dum me fatigatis, Deo quoque meo negotium facessitis*. Eo autem libentius à vobis quam vobis, ut alii, verterem, quod non *lehem*, sed *militem* legitur Hebr. Infidelitatem autem et hypocrisim, et religionis pretextu Dei monitis non parere, rogantemque Deum et ex animo benefacere volentem contemnere, humanam verò prudentiam sequi, ac viribus humanis inmiti potius quam Deo, vocat Propheta *Dei defatigationem*. Ut enim Deo grata est pietas, ita impij Deum ipsam videntur *defatigare*: quod multis in locis Judæis impropriet. Interim quoque considera Isaie mentem, pietatem in Deum, et in proximos charitatem. Illud enim *na, quæso*; illud etiam *Deum meum*, charitatem atque eximiam in Deum pietatem profectò indicant (1).

(1) Et dixit. Dicit igitur Isaia, uti manifestum est ex oratione, quæ sequitur. Hieronymus: « Quis est iste qui dixit: *Audite ergo, domus David?* Nequam quam Deus, qui supra (vers. 11) ad Achaz dixerat: *Pete tibi signum à Domino Deo tuo*; sed propheta, ut ex sequentibus comprobatur: *Quia molesti estis et Deo meo.* » AENITE ERGO, TOMES DAVID. Vos, Domus Davidis! qui appellatione tum regem ipsam, tum principes regis processerunt, qui regem comitalabantur, intelligit, ut supra vers. 2. Qui cum probare se responsum regis ostendissent, cunctos illos vates castigat. Quòd verò alicui illos Davidis domum, et non potius *Ahaz domum* appellaverit, Kimchi à vate ideò factum existimat, ut Ahaz pudorem incutiat, et mentione Davidis, pii regis, Ahaz impietatem redargueret. « Opprobrii causâ, inquit, non appellavit eum nomine ejus, ut 1 Sam. 22, 42: *Audi, quæso, filii Ahitob*. Mentionem Davidis, nec patris ejus, fecit, quòd propter Davidem regnum impetravit. Simili de causâ Moses Num. 16, 8, 9, Corachum alloquitur: *Audite, quæso, filii Levi, parvum vobis videtur, et quæ sequuntur*; » Saus non est impossibile vatem initiatum esse Moesen, et quemadmodum hic Coracho, eò quòd

VERS. 14. — PROPTER HOC ECCE DOMINUS, etc. Nemo putet hoc quod jam à Propheta proponitur, signum datum fuisse à Domino, aut à Propheta commemoratum, tanquam signum illius de qua locutus fuerat liberationis. Neque enim quod post quingentos annos futurum erat illius temporis signum esse poterat; quamvis dici posset quòd si Propheta isthæc proponenti et Domino promittenti fidem adhiberet, per hanc quoque fidem ab illo quod imminabat tunc temporis periculo eriperetur. Verum ego existimarem hanc difficultatem totam emergere propter nomen signi, quod semper vulgè accipi solet pro alterius rei indicio; cum tamen Hebræi suo nomine *oth* in significatione absolutâ, non semper autem relativâ, utantur in mentem revocare Levi ortum esse, ruborem inreuter; et Isaia Davidis mentione Ahasum redarguere voluisse. Davides enim, è cujus posteris erat Ahasus, pius Deoque fideus rex fuit, qui prophetarum effata minime sprevit. Vid. 1 Sam. 16, 1 seqq.; 2 Sam. 12, 1. Sed degener Ahasus, Davidis virtutes non imitatus, divinis promissis per prophetas factis fidem non habuit. NUMQID PARVM VOBS EST. Recitè Stendel interpretatur: *Minus quam ut vobis sufficiat, nimis parum pro vestro iudicio*. Quo eodem sensu hæc formula et Num. 16, 9, Job. 15, 11, legitur et Deut. 1, 17: *Difficile erit vras vobis, difficilius quam ut vos pares negotio judicetis*. Elliptica est phrasid: *Minus quam ut vobis comeniat*. Conf. Gesenii *Lehrgeb.* p. 290, not. 4. MOLESTOS ESSE HOMINIBUS, quibus prophete intelligendi. Vel, *defatigare homines*, Hebr.; sed rectè Vulgatus. Unde Chaldaeus: *Num parum vobis, quòd defatigatis prophetas?* Molesti autem erant et injuri prophetæ, Ahasus, et, quibuscum de summi rerum deliberalat, regi proceres, dum prophetæ oraculis inesse fidem aut negabant, aut dubitabant. Ab interpresibus tantum omnibus discedit Stendel, cui *hominibus, hostes, Syri et Israelitæ esse videntur, et infinitius defatigare aut passivè sumendum, ab hominibus inimicorum loco tractari*, quod ipse præferre mallet, aut credendum ullo modo ab Ahaso ad bellum gerendum provocatos fuisse Syros et Israelitas. Quam explicationem verbi usus haudquaquam admittit. *Quia molesti estis, etc.* Hebr.: *Quòd defatigatis, tædio, molesti alicuius, quoque Deum meum, dum signum oblatum cum contemptu repudiatis, quippe cui nihil inesse futurum patatis firmitatis ac fidei. Grotius: « Injuriosi estis in eum, cui patatis non satis virium ad vos liberandos. » Kimchi: *Infernum habetis, imbecillum judicatis*, explicat, sensumque esse ait hunc: « Vos cogitatis vobiscum Deum esse defatigatum et infernum ad verba sua stabilendam. » Sed patet hoc verbum eodem sensu esse capiendum, quòd antea, quod non significare potest, *infernos judicare homines*: id enim vates non vitio et culpæ dedisset Ahaso ejusque alicuius. Sensus ergo est, quem indicavius: patistis parum esse quòd hominibus, prophetis, sitis molesti? Atqui scitote vos Deo esse molestos: Ac si dicat vates, non me despiciatis offerentem signum libertatis, sed Deum, cujus nomine vobis ista promitto. Hieronymus: « Quia non solum prophetas perssequimini, et eorum dicta contemnitis; sed et presentis et juvenis Dei sententiæ contradicitis, ita ut ei exhibeatis laborem, idcirco Dominus faciet, quæ sequuntur. » Pro labore et molestiâ, quod Aquila et Symmachus « transtulerunt, Septuaginta et Theodotio interpretati sunt *betam* atque *certainem*, quia contentiosi non subsiicent collum Domini servituti, sed ipsi vulnera eorum volente curare, respiciunt sanitatem. Et hoc notandum quòd Ahaz, rege impitissimo, nolente si eum petere, sermo prophetæ ad domum David, hoc est, ad tribum regiam convertatur, de qua supra (vers. 1) legitur; et *manterant hoc domus David*, (Rosenmuller.)*

tur. Miracula enim et quæcumque præter communem usum ordinemque nature eventunt, *signa* vocant. Quare hoc loco sic accipiendum est. Et quidem primo loco, quando à Propheta dicitur est regi: *Pete tibi signum, etc.*, fateor hoc voluisse Prophetam, ut peteret scilicet Ahaz aliquid miraculorum ex quo intelligeret ac colligere posset promissionem illam de fugandis hostibus atque nihil adversus Judam effecturus veram esse. Verum cum Ahaz infidelitatem summa prodidisset, et gratiam oblatam contempsisset, sumpt occasione ex hac re et aliis quamplurimis quæ illo tempore aut gerebantur, aut certè præpò erant ut acciderent, ad contemplandum Christi mysterium, atque ea quæ sub ipsis adventum eventura erant, mentem Prophetæ sustulit, et ut ea preveniant eripulit: quippe quòd omnia quæ novissimis temporibus futura erant, in illis quæ tunc gerebantur plane delineata et tanquam typo adumbrata esse videntur. Quare ut christianus lector eorum quæ hic capitibus à Propheta dicitur ordinem ac veram intelligentiam assequatur, ea summum hic jam propono.

Periclitabantur Judæi ne regnum amitterent: obtulit Dominus liberationem.

Hujus oblationis exhibere voluit ad fidem faciendam miraculum.

Rex neque liberari se posse credit, neque oblationem suscipit.

Populus, diffidens divinis promissionibus, de deditioe et defectione ad hostes cogitat.

Rex de auxiliariis copiis sollicitus ad Assyrios mittit.

Assyrii ipsi populum Israeliticum subigunt, captivum ducunt, regnum perdunt, totam terram depopulantur;

Judæam quoque devastant; non tamen Jerosolyman capiant.

Temporibus Isaie,

Temporibus Christi Domini,

Paulò ante quàm nasceretur Dominus, respública Judæorum in maximum discrimen venerat, et parùm aberat quin funditus interiret.

Obtulit nihil minùs prophetæ Israelitæ Dominus salutem et veram liberationem: quòd verum libertatem exhiberet, miraculis confirmabat.

Judæi neque se per Christum liberari, neque ejus miraculis fidem adhibere volunt;

Maluntque sub Romano imperio agere et Cæsari subiecti esse quam sic redimi.

Humanam sapientiam et carnis prudentiam sequuntur, ne regnum amittant. Tandem ab ipsismet Romanis omne genus calamitatis experti, regnum amittunt et locum, et in exilium per eosdem ducuntur, et captivi peccati usque in hodiernum diem perseverant. Servantur tamen nonnulli, qui sunt veri Israelitæ et vera Jerusalem: in quos neque peccatum neque tyranni jus habent.



Vides temporum et rerum similitudinem. Facile itaque fuit Propheta à typo et figurâ ad rem atque veritatem transire; præsertim cum molestia quam illi exhibebat figura quoque esset alterius multo majoris quam experturi erant servi Dei, imò ipse Dei Filius, ab eodem populo. Nomina quoque filiorum suorum quos domi habebat, quorum alterum *Celem* depraedationem, alterum *Reliquias convertendas* significabat, non poterat non commonefacere mysterii. Omnia igitur hæc deinceps incipit Propheta aperire, ita veritatem umbris intermiscens, ut nisi oculatus magnique et acerrimi ingenii lector fuerit, vix possit veram intelligentiam verborum Prophete consequi. Propter hoc, inquit, dabit Dominus vobis signum. Vobis; jam enim cum toto populo illi res erat. Quia servis Dei, Prophetis, molesti estis, quia divina beneficia contemptis et oblata salutem respiciis, et per homines remedium habere non potestis, adeo deploratæ sunt vestrae; propterea Dominus ipse propter senectutem faciet miraculum inauditum retrò seculis, ut ex virgine nascatur, et dici verè possit de nobis, EMMANUEL. Non enim signum ad conceptum et partum Virginis tantum referendum est, sed etiam ad omnia quæ sequuntur. Virgo. Hebræis sicut *elem* est *adolescens* seu *juvenis* quamdâ est *privatus* et *privatum vitam agit*, neque in publico aut politico officio et administratione existit, congruâ derivatione à verbo quod *absconditum esse* significat (vide 1 Sam. 20); neque enim hoc nomine veniunt nisi juvenes ecclies, etc., quod sint quasi absconditi et ignoti; sic femininum *alemah* est *adolescens*, *juvenula*, scilicet *innupta*, quæ nondum est in matrimonio alicui collocata, neque nuptias celebravit aut publicum conjugii statum ingressa est. Sic autem appellatur quasi *abscondita*, id est, non cognita à viro, et quarum turpitude (ut loquitur Scriptura) nondum revelata est. Unde fit ut hoc nomine non nisi virginis in Scripturis vocentur, quamvis nomen non propriè virginem significet. Hoc testantur omnes loci veteris Testamenti, in quibus legitur hoc nomen. De Rebecâ, Gen. 24, de sorore Mosi, Exod. 2, etc. Quare non dubium quin virginem hic designet. Ego *illibatam* dixi, ut aliquo modo vim vocis exprimerem. Alioqui nullum fuisset miraculum si juvenula facta gravidæ peperisset. Scio quidem Judæos locum illum Prov. 50: *Viri in adolescentula*, ut sunt imprudentes, interpretari de scorto: quod eo faciunt consilio ut hunc locum Isaia labefactent et nobis præcipiant. Ego verò existimo etiam de *adolescens* et *virgine esse sermonem* in illo Salomonis loco; nec per me unquam efficiant ut aut de *virgo adolescentulam deperente* loquatur Sapiens, aut de *juvene in adolescentula*, aut de *viro rem cum scorto habente*. Nam præter hoc quod contextus series et S. Scripturæ auctoritas has interpretationes vix bene admittunt, usus ipse vocum illas damnare videtur. Ostendunt enim oportet ubinam vox illa *alemah*, *adolescens*, in abstracto, aut *scortum* notet; aut quomodo amor ille juvenum possit his vocibus explicari,

via viri per adolescentulam. Quare si contextus et similitudines expendantur, mysterium partus virginis, ni fallor, explicatur. Multo enim difficilius est cognoscere quæ vir ille transierit quam quæ navis, aut serpens, aut aquila: singula enim ista aliquid efficiunt, aliquid scindunt ac dividunt; in partu verò virgineo adeo nullum vestigium transitus remansit, ut si negare vellet mater se peperisse, non esset unde mendacii convinci posset; non secus quam *adultera*, si dicat se nihil mali perpetrâsse; et hæc est redditio comparationis quæ in Salomone sequitur. Nonnullorum verò ex nostris oscitantiam nunquam satis admirabor, quibus tam impuri et indocti homines toties imponunt, adeo ut credant nomen *alemah* etiam corruptis convenire, à Judæorum interpretatione in illo Proverbiorum loco, decepti: qui si considerarent pressius usitatissimam illam Hebræorum phrasim, quæ vitiatam mulierem honestè à viro cognitam appellat, profectò intelligerent quare nomen quod *absconditionem* notat, à verbo quod *cognitum* atque *revelationi* opponitur derivatum, nonnisi virginis et nondum viro cognitis usus Hebræorum accommodaret. Nam et congressum viri cum femina verbo *revelandi* honestè declarant. Unde quarum pudor adhuc intactus et illibatus manet, neque turpitude pro virili congressum revelata est, necdum sanguis index virginitalis palam ostensus in scindam certam fidem iudicibus fecerat virginitalis (qui mos olim fuit in veteri lege, ut patet Deut. 22), et quæ viri congressum nondum expertæ sunt, apertissimè ab Hebræis *alemoth* dicuntur, non quod domi manerent incluse: aut à viro non conspicerent (id enim falsum esse ex Scripturis manifestum est), sed certè propter causas superius assignatas. Unde postquam, Gen. 24, Rebecam virginem Moses vocasset, quasi exponens addit: *Et vir non cognoverat eam*. Nota quoque illa emphatica hoc loco non otiosa omnino est, *halemah*, q. d.: *Virgo illa, intacta illa, et illibata illa*, quæ non cognoverat virum, neque à viro cognita unquam erit, *gravidâ fiet, uterum gestabit, edetque factum*, etc. CONCIPIET. *Arah* forma est præteriti, ut certitudinem designet, si tanquam verbum accipias. Sed nomen in eadem formâ eam significat quæ fluxum seminis in utero recepit; unde uteris instar montis tumescit. Habet enim cognitionem cum voce *arar*, et *near*. Unde Græcè versus est Matth. 1: *Ev γάρ ἐστι ἐν, in utero habebit*. Latini prægnantem seu gravidam dicunt. Reddere ergo tam apud Matthæum quam hic non male possumus: *Ece virgo gravidâ erit, et pariet, et pariet*. Vel, et *pariens*. Propriè autem *ILAD gignere* est; et tam femine quam viri competit, ut Græcis γέννησις, nec de externâ tantum partus editione, verum etiam de foetus, qui in utero materno est post conceptionem, generatione dicitur: hic autem de partu est sermo. EMMANUEL. Compositum nomen ex præpositione *Im*, cum, et pronomine *mi*, nobis, et nomine *Dei*, et. ET VOCABITUR. Aliis atque aliis punctis *varath* potest esse secunda persona, et *vocabis*, vel tertia feminina, et *vocabit*, virgo ipsa scilicet; vel

certè sumitur impersonaliter, ut interpres Matthæi reddidit, ut solent tertiæ personæ Hebrææ. De quo latius infra cap. 9 (1).

(1) PROPTER HOC, quia vos signum oblatum reputatis, et interpres Populi Hierosolymitani animi sint confidendum; HABIT DOMINUS IPSE VOBS SIGNUM, prodigium ostendit, ad confirmandam promissionem liberationis à me allatam. Ecce! quæ attentionem excitat auditorium, arguitque rem proponendam esse prorsus singularem, et animadversione dignam. VIRGO CONCIPIET PARIETQUE FILIUM, ET VOCABITUR NOME NOME EUS EMMANUEL; virgo, quæ licet jam gravidâ, sit tamen maneatque virgo, filium pariet, ejus ipsum nomen magis aliquid atque divini portendit. *Virgo illa*, nam hæc articuli virginem certam, aut deitibus notam; indicat; uti *hadana* dicitur de Rebecâ, Genes. 24, 43, et de Mirjamo, Exod. 2, 8. Nomen *alemah*, *virginem*, quæ verè talis dicitur, notare, offensivum in annotationis ad hunc locum additamento, quo aliorum de hoc vaticinio sententias expendimus, nostramque interpretationem vindicamus. Cuiusmodi: *Virgo gravidâ*. Eadem quæ hic formula de muliere gravidâ et post aliquod tempus partum editurâ legitur, Genes. 16, 11, Jud. 13, 5. Post verti, vel, et *vocabis*, oratione habita ad feminam (nè quis hic de Ahas cogitet), vel, et *vocabit*, femina puta, quæ concipiet et pariet. Hieronymus: *Quodque sequitur: Et vocabit nomen eius Emmanuel, et Septuaginta, et tres reliqui (Aquila, Symmachus, Theodotus) similiter translulerunt; pro quo in Matthæo, 1, 25, scriptum est vocabunt, et quod in Hebræo non habetur... Verbum CABAT, quod omnes interpretati sunt vocabis, potest intelligi et vocabit quod ipsa scilicet virgo, quæ concipiet et pariet, hoc Christum appellatura sit nomine. In multis testimoniis, quæ Evangelistæ à Apostoli de mulieribus veteribus assumpserunt, curiosis attendendum est, non esse verborum ordinem secutus esse, sed sensum. Unde et in presentibus locis pro *concepit* in utero Mattheus posuit in utero habebit, et pro *vocabis, vocabunt*. Nomina caterum filius imponere solebant matres, veluti Eva, Genes. 4, 1, 25, filia Lothi, Genes. 19, 37, seq. Lia, Genes. 29, 32; et 30, 18, seq.; Rachel, l. c. vers. 24. Nomen autem quod virgo paritura filio imponet Emmanuel, vel potest accipi ut nomen pueri proprium, vel ut *symbolicum*. Posterius longe est probabilius, quia vates noster in locis similibus per impositionem nominum indicat illustra quedam attributa, quæ de personâ aut re aliqua cum laude predicare possent, cuiusmodi nomina symbolica rectè honorarium appellaveris. Sic infra 9, 5, de eodem, de quo hic agit illustri puero, dicitur, *nomen eius appellandam esse Mirabilis, Consiliarius, Heros*. Et 61, 6, populum Judaicum appellandum ait *sacerdotes Jove*. Porrò, 62, 4, Hierosolymam non amplius vocandam esse *Derelictam*, sed *volutam mea in eâ*, prædicit. Ac Jeremias 23, 6; et 55, 16, Messie nomen ait fore *Jova iustitia nostra*. Vid. et Ezech. 48, 35. Rectè igitur Grotius ad Matth. 1, 22: *Qui prophetas non supinè legit, nescire non potest, vocatum iri altius nomine dici ab illis eam etiam, qui non ejus vocis sono sit appellandus, sed cuius rebus celebrandis vox ista conveniat. Loca passim occurrunt. Isai. 1, 26; Postea dabitur nomen tibi unius IUSTITIA, CIVITAS FIDELIS, id est, postea eris urbs iusta et civitas fidelis. Conf. 56, 7. Caterum cum Deus nobiscum esse Hebræis dicitur, quoties benignus nos respicit et adjuvat, ut Psal. 46, 8, 12, et 89, 25, infra apud Nosirum, 43, 2, Jerem. 1, 8, Jos. 1, 5; puero nomine Emmanuel appellando portendi patet populi Judæi à malis et adversis liberationem ejusque deiectionem adversus quoscunque hostes. Eam verò præstaturam esse ab ipso illo à virgine nascituro nasculo, qui verè sit Deus, humanâ naturâ assumptâ inter homines versaturo, adeoque reipsâ Immanuel,**

VERS. 15. — BUTYREM ET MEL COMEDET. Aluntur pueri pinguis et dulcibus, quæ sunt amica nature. Virginitatem ergo humane nature, eamque infantiam (quæ lactea et dulcia appetit, acra autem et acetosa abominatur, et, ut potest, se ea repudiare et fastidio habere significat) locus hic comprobat. Est ergo puerilitæ periphraasis in his verbis; q. d.: Erit similis cæteris pueris; cibo puerorum nutritur; quæ illi appetit, appetet; quæ vitant, vitabit. Atque hic locus non minis mihi fidem facit quod de incarnationis mysterio Propheta loquitur, quam qui præcessit de Virgine gravidâ et pariturâ. Si enim hic EMMANUEL Filius Dei non erat, sed tantum homo, quare, obsecro, diceret Propheta: *Butyrum et mel comedet, etc.*? Quid mirum quid novi? Certè quia rem novam dixerat: *Virginis scilicet gravidam futuram, et Deum parituram*, necesse fuit veritatem quoque humane nature in puero illo significare. Ut sciat, *Ledaetho* ad verbum reddendum esset ad *scire ipsius*, vel *sumam*, id est, ut sciat ipse: non quod causam finalem notet, sed *scire* manifestum est inde, quod in eodem hoc vaticinio, infra 9, 5, puer ille nasciturus disertè dicitur appellandus inter alia esse *Deus fortis*. Rectè Lactantius *Div. Insti.*, lib. 4, cap. 12: *Propheta declaravit hoc nomine EMMANUELIS, quod Deus ad homines in carne venturus esset. EMMANUEL enim significat NORISCUM DEUS; scilicet quia illo per virginem nato confiteri homines oportebat, Deum secum esse in terrâ et in carne mortali. Hieronymus: « Ergo iste puer, qui nascetur ex virgine, à domus David, hæc appellatur à te Emmanuel, id est, Nobiscum Deus, quia rebus ipsis prohibitis à duobus inimicis Rebertharum igitur jam vatis nostri ætate et inter Judæos opinio illa pluribus antiquitatis populis recepta de divino aliquo heroe et rege, è virgine illibata nascituro, qui homines scelere sit solutus, molestias levaturus, ex miseris crepturus, uno verbo, qui *avære ætatis* felicitatem in terram sit reducturus. De quâ opinione à variis populis variè formatâ vide annotationis ad h. l. additamentum. Hebræi divinum illum regem in suo populo è virgine Davidicæ prosapie oriundum, sœvete potissimum gentis vindicem et liberatorem existitum sperabant. Appariturum autem expectabant, qui inter illos veteri illi atque illustri oraculo de regni Davidicæ stabilitate, 2 Sam. 7, 16, fidem habebat, quotiescumque magnis publicis calamitatibus ita oppressi essent, ut ultima sive ferreæ ætatis finem propinquum esse crederent. Conf. *Schol. in Ezechielum*, vol. 2, p. 464; edit. sec. Jam cum à conjuratis Syriæ atque Israelis regibus genti Davidicæ regie totique regno Judaico interitus tum imminere videretur; anxios demissosque animos vates erigi spe mox nascituri filius illius magnoque desiderio expectati principis, quem virgo modo prodigioso sit paritura. Fama inter illos ætatis Judæos fuisse de illustri quodam sui populi liberatore ac servatore singulari modo nascituro, patet quoque ex Michæ, vatis Isaia equalis, cap. 5, 2, ubi postquam vers. 1, manifestè actum esset de ortu Messie ex Bethlehem, additur: *Propterea tradet eos, usque ad tempus, quo pariens* seu illa, quam parituram sperant, pepererit. Oraculum illi nostro simile, ut unum spectare ad alterum, eaque se mutuo explicare sat intelligatur, Judæos Jesu Christi ætate hunc locum de Messia è virgine nascituro intellexisse, patet ex Matth. 1, 22, 25. Quod spei, quæ vatem tenuit, fore ut illustris ille populi sui servator propediem appariturus sit, non respondit eventus, haud debet nos movere, ut de eo vatem cogitasse negemus.*



consecutionem. Sic Latini quoque utuntur particula ut. Dicere poteris, ut *experiundo sciat* (vel *discat*) *reprobare malum*, etc. Quidam hic vertit, *quosque sciat reprobare malum*, etc. Sed non vidi exempla hujusmodi acceptiois. Ego cum viderem *daath* tanquam nomen ab Hebraeis sæpe usurpari, nominibus autem cum *lamed* tanquam adverbis uti, consideransque formam locutionis cum affixo pronome, idem esse existimavi *ledaetho*, quod *utpote qui sciat* (vel *ut qui novit*) *reprobare malum et eligere bonum*. Hoc enim notat ille Hebraismus ad *scire suum vel ipsius*; vel ad *scientiam ipsius*; quemadmodum dicunt ad *solitudinem suam*, id est, solus ipse, et multa hujusmodi. **REPROBARE MALUM** (1). *Vel fastidium habere*. Variam constructionem habet apud Hebraeos verbum *maas*; et si propriè velis interpretem agere juxta variam constructionem, vix reddere quoque oportebit. Cum accusativo sequenti capite videbis. Quando autem cum ablativo et *beth*, ut hoc loco, plerumque refer-

(1) Phrasi *reprobare malum et eligere bonum*, ubi de infantibus dicitur, significatur illud tempus tenelle ætatis quo infans jam perascens ut incipit ratione in discernendis bonis et malis, utilibus et noxiis. Patet ex Deut. 1, 39: *Et infantes vestri tenelli, de quibus dicitis, et filii vestri, qui nondum norunt bonum et malum*. Conf. Joan. 4, 11. Hieronymus, qui vertit: *Butyrum et mel comedet, ut sciat reprobare malum, et eligere bonum*, videtur particulam ut summississe pro *quomodo*, quod est apud Latinos frequens, hoc sensu: quarevis Emmanuel perfectam habebat in corpore infantili sapientiam, excedatque infantis spatii aliorum infantium capacitatem, illorum tamen instar butyro pasceret ac melle. Sic enim ille in Commentario ad h. l.: *Ne eum putes in phantasmatum nasciturum, cibis utitur infantie, butyrum comedet et lac. Et licet hoc dicitur, ut veritas humani corporis approbetur, et tamen adhuc panis involutus et butyro pascus ac melle, habebit bonale iudicium, ut reprobois mala, eligat bona. Non quod hoc liceat, aut creprobaverit, vel elegit, sed quod scierit reprobare et eligere, ut per hæc verba noscamus infantiam humani corporis divinæ non præjudicasse sapientia. Narrantur qui hoc versu vatem voluit transire ad aliud, quod vocat, subjectum, et postquam vaticinium esset de Emmanuele, mox demonstrare digito vel gestu aliquo filium suum Schear-Jaschubum, quem secum duxisse vates narrat supra vers. 5, et hunc producere in signum liberationis Ahaso promissa, ut sensus sit: *Butyrum et mel comedet non Emmanuel, sed filius hic meus, Schear-Jaschub, ad quem et referunt et que vers. 17 dicuntur*. Eam sententiam pœnicilar scripto defendere et commendare tuitio Jan. Dan. Goull. Hærr. in *Dissertat.* (Præf. Guil. Christ. Just. Chrysandro defensa) de eo quod *justum est circa distinctionem Emmanuelis et Schear-Jaschubi, vindicans verum sensum oraculi prægnantis Isai. 7, 14; 16, 17. Helmstad. 1750, in-4<sup>o</sup>*. Verum est perquam durum et violentum, ad aliam personam quæ hic et vers. 16 leguntur referre, cum nullum subjectum aliud, ab Emmanuele distinctum, hic memoretur; id quod argumentum est, prædicata ad superius et proximum referenda esse; nec est ulla necessitas, tale quid fingendi, si nostram hoc vaticinium interpretandi rationem sequaris. Pluribus illam sententiam referunt Casp. Jac. Huth. in *Progr.* quod inscribitur: *Emmanuel butyro vescurus ac melle*, Isai. 7, 15. Erlang. 1750, in-4<sup>o</sup>; et Joan. Ehrenfr. Pfeiffer in *Progr.* *Emmanuel non genitus, sed unicus*, Erlang. 1761, in-1<sup>o</sup>. (Rosenmüller.)*

tur ad animum quem satiatis alicujus personæ vel rei cepit, ut præ fastidio eam rejiciat; ac tunc bene reditur per *abhorre ab*. Verbum quoque hujus oppositum sæpe cum ablativo et *beth* constructur, q. d., *in re electa et approbatu sibi complacere*.

**VERS. 16.** — **DETESTARIS**. De verbo cuxi dixi hoc capite v. 6. Verterem hic libenter, in *quâ tu compungens propter duos reges ejus*, id est, cujus reges te affligunt et quasi aculeis compungunt. Dicebant enim supra v. 6: *Compungendo excitemus eum*, etc. **PROPTER**, Hebr., *à facie*: deseretur Samaria et Syria, quarum regum præsentia tu compungens. Hæc autem fiunt antequam Dominus in carne appareat. Id enim occultè significavit Propheta periphrasi illa: *Prinquam sciat puer fastidire malum et eligere bonum*: prinquam sit puer, prinquam nascatur. Ita enim mysterium tangit ut statim ad sua tempora redeat; nec mirum. Sunt enim in Scripturis prophetis multi loci obscuri, in quibus infideles Judæi per occasionem excecantur, et fideles per diligenter examinatione exerceantur atque proficiunt, ut sæpè annotat Augustinus.

**VERS. 17.** — **ADDUCET DOMINUS**, etc. Prædixerat supra v. 8 et 9 inane esse consilium illorum regum adversus Judam, et quod non regnaturi essent nisi in suis provinciis, tandemque devastandos fore: quæ nisi crederent, ipsi quoque dilaberentur et adeo non stabilirentur. Eadem ergo hic conjungit. Superiori quidem versu devastandam Samaritam atque Syriam breviter significavit, sequenti capite id latius explicatur. Quod quia non credebant, connecti jam nunc Judæorum vastationem, non per Israelitas aut Damascenos futuram, sed per Assyrios ipsos, quos Ahas conducebat in auxilium: talique affirmat esse passurum qualia à multis annis non passi fuissent. Quæ jam narrare incipit. **CUM REGE ASSYRIORUM** (1). Hebr. ab-

(1) Hieronymus: *Cum rege Assyriorum*, et in Commentario: *Locus iste per hyperbaton legendus est, et nos secuti Hebraici veritatem ita enim interpretati sumus: O domus David, ausulta que edico: ut derelinquatur terra Syriæ et Samariæ à facie regum duorum, quos tu vehementemissè re-fermidas, adducet Dominus dies super te, et super domum patris tui David, quos nunquam habuisti ex eo tempore, quo decem tribus à duabus tribubus separati sunt, et regnum in Samaria habere ceperunt. Adducet autem istos dies, id est, tempora, cum rege Assyriorum, ut illis superatis atque subversis tu Emmanuelis præsentia libereris. Alter-Interim nunc duo reges, Rasin et Phacee, qui te obsident, et vastare festinant, brevi tempore subvertentur: tuæ autem vastationis tempus illud adventat, quando, quod nunquam speraveras, imò nunquam metueras, Assyrii venerit. Per que docet, domi David non Syriam et Samariam, sed Assyrios esse metendos. Præsentem ergo formidam liberat, et de futuro tempore comminatur. Neque tamen que vates ab Assyriis Ahaso ejusque genti adventura denuntiavit mala, unquam ei accidisse legitur. Si mis enim dices, et Manasse quoque accepit, conferat cum malis que perpesti sunt post discessionem decem tribuum, ab Ægyptiis eorumque rege, Sesako, sub Rehabeam (2 Chron. 12, 2-12), à Philistæis et Arabibus sub Joramo, Josaphati filio*

solutè regem Assur seu Assyriorum, quasi sit appositio, et summam omnium malorum hæc unâ voce explicet: *Adducet regem Assur*, cujus vel solum nomen omnes pavere faciebat.

**VERS. 18.** — **ET ERIT IN DIE ILLA, SIBILABIT**. Vel *adducet sibilabim*. Vide c. 5, 26. **MUSCÆ**. (1) Hebræum nomen

(2 Chron. 21, 16, 17), à Syris sub Joaso (2 Chron. 24, 25); deprehendit singulas graviore esse, quam quæ illate eis sunt vel à Tiglath-Palassar, sub Ahaso, vel à Sanheribo, sub Hiskia, vel ab Assarhaddone, sub Manasse. Tiglath-Palassar enim simpliciter *afflictae* Ahasum dicitur 2 Chron. 28, 20, vel *arctasse*, et expressè ei grave tributum. Sanheribo occupatis Judææ urbibus, et vastatis agris, magnum regi et Hierosolymitanis incussit terrorem (2 Chron. 32, 1, 2; Isai. 36, 1, 2, seq.), sed repressus à potentiore Dei manu à consiliis et ceptis coactus est desistere, et in Assyriam reverti; Assarhaddon Manasse quidem cepit (sed extra Hierosolymam) et abduxit Babylonem, mox rursus liberandum (2 Chron. 35, 11); sed cæ calamitates non sunt graviore illis, quæ modo recensimus, ut historiam legenti patebit. Imò expeditio terribilis, quam Zerah, Cuschæorum rex Arabum imperator, sub Asa (2 Chron. 14, 8, 9), et Ammonite, Philistæi, gentesque continerunt sub Josaphat (2 Chron. 20, 1), cum numeroisissimis copiis adversus Judæam suscepserunt, non minorem terrorem sparserunt, quam Sanheribus, non jam de magnis illis cladibus, quibus subinde Judæi affecti sunt ab Ephraimitis, sive Israelitis, gentilibus suis, quæquam memoremus. Quæ cum rectè perspexit Vitringa, ei verò, ut cæteris omnibus sue ætatis interpretibus, hæc alie inlata esse persuasio, singulis vatum Hebræorum olatis certos respondere eventus, ne nostrum oraculum suo carceri exitu, eò confugit ut Nebucadnezarem, *Chalsæorum* regem, qui Judæicum regnum evertit, terranque vastavit incolique exhausti, *Assyria* regibus accenserunt. Verum si demus etiam, latius nonnunquam Assyria nomen tam ab Hebraeis quam ab exteris scriptoribus usurpari pro Babylonia ipsaque adæ Mediæ et Perside (ut Esdr. 6, 22), nihil tamen inde lucrabit Vitringa. Neque enim post aliquot secula que hic minatur vates, dicit futura esse, sed ipsam illam, ad quem tunc loquebatur, Ahasum illa experitum esse discretè ait, dum his verbis nititur: *Adducet Jova super te, tumque populum, domumque tuam patriam, talia tempora qualia antea non fuerunt. Ceterum verba Cum rege Assyriorum* Hubiugant existimant non esse Isaiæ, sed alius ejusdem, qui illa ad marginem scripserit, ut explicaret quemæc esset *apis in terrâ Assur*, de qua mox vers. 18, postea verò à margine in contextum allata. Refutatis veteribus horum verborum interpretationibus ita pergit: *Quod esi verò ita convertas: Adducet Dominus contra te dies.... regem Assur, nemo non videt incommode venire post dies, personam regis Assur, neque unum esse posse alterius oppositum. Deinde non convenit comminari Assur, antequam idem per similitudinem dicitur: *Apis terræ* (ut vers. 18 præcedit *muscæ Ægypticæ* mentio); ut neque enim in fine sententiae unum nominari, quoniam *dies Judæ mali* futuri erant, non modò propter regem Assur, sed etiam propter Ægypti regem, vers. 18. Hubiugant rationibus moti et Seckerus, Lowthius, Gesenius, alii, verba *Cum rege Assyriorum* pro notâ à margine in contextum inducta habent. Nec ego admodum refragor, et si Kocherus scilicet prohibet *monet, diem calamitatem chædæa dierum, cum ipso calamitatis auctore, tritum per synecdochen, metonymiamve temporis pro re in tempore dicit*. (Rosenmüller.)*

(1) Eadem, quæ vates noster hic adhibuit, imagines legitimus apud Mæstlinum, poetam arabicum, invasiones et vastationes hostium describentem, in *Excerptis ex Anthologiæ poetarum veterum, Hamaça*

*zebul credit quidam vir doctus significare muscæ venenatæ speciem mitevis fluxum (seu humorem) terebrata, ad cæcem Grammat. Arab. Erpeniana, ab A. Schultensio Lugd. Batav. 1748, edit. p. 358, et in Michaelis Chrestomat. Arab. p. 117, verba ejus venturum*.

*Atque nunc in consiliâ valle perfuri ejus musca, Bombantes apes, et caruleus pabulator.* Hieronymus: *Cum fuerit duorum regum terra deserta, Damascus et Samaria, quam tu nunc detestaris et metuis; tunc adducet Dominus, o domus Juda, super te et populum tuum dies quos nunquam ante vidisti, et regem Assyriorum. Frustra igitur præsentia metulis, semitosis torres, et ignem penitus non habebis (vers. 4): scire enim dices, quod sילו suo Dominus muscæ Ægypti et fluminum ejus, hand dubium, quib septem ostia Nilii significet, vocaturus sit, et apem, quæ est in terrâ Assur. Muscæ autem Ægyptio vocat propter serdies idololatriæ, et imbellium populum, et apem Assyrios, quorum illo tempore potentissimum regnum erat, et ad bella promptissimum, vel ob id, quia omnis prope Assyriorum et Persidis regio usum habebat sagittarum. Pharaonis Nechois adversus Nebucadnezarem susceptas expeditiones, in quibus Judæa ab utroque hostili exercitu suis semel inundata fuit (vid. 2 Chron. 35, 20; Jerem. 46, 1, 2, tum 2 Reg. 25, 2, 3, 5, seq.; 2 Chron. 36, 1, 2), hoc oraculo imitari optantur plerique eorum, qui singulis vatum effatis certos, qui eis responderent, eventus in historia querunt. Sed minatur vates, ut ad vers. 17 monimus, hæc omnia Ahas adventura. Granville Penn in Observacionibus criticis in hunc locum, quæ inserta leguntur variarum ad litterarum orientalem spectantium scriptiois syllogi, totum versum hoc explicandum præcipit modo: *Fietque, quemadmodum die isto sibilabit Jova ad muscæ, in extremo fluminum Ægypti, ita sibilabit quoque futuro tempore apibus, quæ sunt in Assyria; id est, sicut olim, Rehabeam temporibus, rex Ægypti, Sesaco, (quem vir doctissimus cum Senesiro esse, opposè demonstrare studii) Judæam invaserat suis copiis atque vastaverat (vid. 1 Reg. 14, 25, 26, et 2 Chron. 12, 2-9), ita aliquando non minus durè atque hostiliter ab Assyris, Sanheribo duce, vexabitur. Verum ut tacemus, in die exprimi ab interpretibus veteribus omnibus, nec ullam in eâ voce codicum discrepantiam reperiri; formula die illa semper de futuro tempore dicitur, nullaque planè ratio apparet, cur de incursione alicujus Ægyptiacæ, ante plura secula factâ, hoc loco sit cogitandum.* (Rosenmüller.)*

#### ANNOTATIONIS ADJUTAMENTUM.

- De Emmanuele Virgine nascituro.**  
Andree Senari Exercitio Rabbinico-Philologico ex oraculo Isai. 7, 14. Viteb. 1651, in-4.  
Joan. Sauerbi Dissertat. de Haalma matre Immanuelis, ad histigum prophetiam Isai. 7, 14, 15, 16, Helmstad. 1664, in-4, recusa in Auctoribus Palaestræ Theologico-Philologicæ, sive Dissertat. academicar. Tomo singulari, Aldorf. 1678, in-4, p. 150 seqq.  
Joan. Deutschmanni Dissertat. de conceptione et nativitate temporali Messie, Viteberg. 1664.  
Joan. Frid. Schari Dissertat. de Virgine mirandâ prorsus ratione filium pariturâ, Viteberg. 1675, in-4.  
Christoph. Lochner Dissertatio de loco classico Isaiæ 7, 14; in Thesaurio Theologico-Philologico, sive Sylloge Dissertationum elegantiarum ad selectiora et illustriora v. et N. T. loca, Amstelod. 1701, vol. 1, p. 631 seqq.  
Sam. Andree Dissertat. de Nativitate Emmanuelis, Isai. 7, 14; ibid. p. 697 seqq.  
Joan. Dav. Clodii Dissert. de Conceptu et Partu virgineo, Gissa, 1685, in-4.  
Henr. Kirschgart (Præf. J. A. Danz) Partus virginis miraculosus, ex Isai. 7, 14, Jenæ, 1700, in-4.



rimis factoris, quo laesum hominem rostro inficit, quasi congruat cum vocibus *seeb* et *sob*; ego verò existimo

Campeg. Viringa *Observat.* SS. lib. 5, cap. 1 et 2.  
Joan Georg. Aebich *Dissertat. de Emmanuele et virgine nascituro*, Viteberg. 1717, in-4.

Joan Frid. Bornaer *Progr. ad Isai. 7, 14*, Lips. 1761, in-4.

Andr. Georg. Wachner *Dissert. Jesum Christum Emmanuelem Isai. 7, 14, Matth. 1, 22, contra Judaeos defendens*, Götting. 1755, in-4.

Joan. Ehrhard. Pfeiffer *Progr. Emmanuelem non genuinum, sed unicum, Jesum Christum, ex Isai. 7, 14, et Matth. 1, 22, 25, proponens*, Erlang. 1761, in-4.  
*Dissertation on Isaiah 7, 15-16*; by Benjam. Kenicott; London, 1767, in-8.

Christ. Fridr. Schmid *Vindiciae nativitatibus Christi à matre virgine ad Isai. 7, 14; 15, Progr.* Viteberg. 1775, in-4.

Francisc. Christoph. de et in *Zwinger Vindiciae vaticinii Isai. 7, 14, de Emmanuele*, Friburg. 1779, in-8.

Frid. Guill. Dresold *Progr. ad erendum verum sensum vaticinii de Christo Emmanuele ipsius solemnibus natali, Jesu Christi sacris propositum*, Viteberg. 1780, in-4.

Joan. Gottfr. Hassé *Progr. Jesu Emmanuele exprobat; apud Isaiam 7, 14 seq. et Mattheum 1, 18, 25, part. 1 et 2*, Regiomonti, 1792, in-4.

Joan. Gerar. Greveri *Commentat. de Emmanuele, in ejus Commentationum miscellanearum Syntagmate*, Oldenburg. 1794, in-8.

Planum et simplicem nostri oraculi sensum, quem supra in annotatione enarravimus, obscuratum deprehendimus jam primis rei christianae temporibus à Judaeis contra Christianos disputantibus. Christianis enim hoc vaticinium Jesum Mariam virginem natum praenuntiar perhibentibus (Matth. 1, 18-25, Luc. 1, 26-35), ut Judaei grave argumentum eiperent, quo divinitus missum esse Jesum probare illi solebant, Hiskiam potius, aut alium Isaei aetate nasciturum puerum inuenerunt. Ita secundo christiano saeculo Judaeis, quem secum disserentem inducit Justinus Martyr. (*Dial. cum Tryphone*, p. 262, edit. Lips.) et doctores tunc temporis Judaei celebre hoc oraculum exposuerunt. Eandem interpretationem praefert Hieronymus, simulque verò refutat; et Hebraei, sicut hoc de Ezechia, filio Achaz, prophetari arbitrantur, quod ipso regnante sit capta Samaria, quod omnino probari non potest. Siquidem Achaz, filius Joatham, regnavit super Judam et Jerusalem annis sedecim, qui successit in regnum filius ejus Ezechias annos natum viginti quinque, et regnavit super Judam et Jerusalem annis viginti novem. Quomodo ergo, ut demum primo anno Achaz hanc ad eum factam prophetiam, de Ezechia conceptu dicitur et natiuitate, cum eo tempore, quo regnare cepit Achaz, jam novem Ezechias esset annorum? nisi forte sextum Ezechias veni annum, quo est capta Samaria, infantiam ejus appellari dicant, non etatis, sed imperii. Quod exactum esse atque violentum, etiam stultis patet. Recentiores Judaei interpretes aliò se vertunt. Et Jarchi quidem, qui ipse refellit hanc surorum sententiam, qui ex Hiskia faciunt Emmanuelem, virginem, quae Emmanuelem sit paritura, uxorem prophetae intelligit, quae 8, 5, *prophetissa dicitur*. Hoc modo autem bujus loci interpretationem instituit: Uxor me juvenula concipiet hoc anno, et qui fuit regni Ahasi cursum, futurumque pariet, quem ob mox futuram liberationem, quam divino conceptu motu praesagi, Emmanuelem vocabit, id est, spes nostra erit nobiscum. Id igitur est signum promissum, quod femina admodum juvenula, quae nunquam aetate est vaticinata, adflata divino ventura videbit. Neque enim uxor prophetae *prophetissa* vocatur, nisi ipsa quoque sit fatidica. Eadem ferè Aben-Esrae est sententia, qui tres recenset filios

genus muscarum significare, quae sonum volitando emittunt; unde et nomen ipsum *Zebui*; atque illud

Isaie, symbolica omnes nomina gerentes: Schar-Jaschubum (supra vers. 5), Emmanuelem, et, qui deinceps occurret, Maher-Schalal-Haschabum, de quibus ipse propheta 8, 18: *En me et pueros, quos mihi Jova dedit, summa signa et prodigia in Israele*. Eadem est J. E. Fabri (ad Harmeri *Observat. super Oriente* ad se teutonice factas et notis illustratas, part. 1, p. 280), Pluschki (*Analecten*, part. 1, part. 2, p. 66), et Gesenii sententia. Similem interpretationem affert Hieronymus: Quidam de nostris Isaiam prophetam duos filios habuisse constitit, Jasub et Emmanuel, et Emmanuel de prophetissa, uxore ejus, esse generatum, in typum Domini Salvatoris, Haud longè diversa Grotii opinio, nisi quod is Emmanuelem eundem velit esse puerum, qui appellatus mox est Maher-Schalal-Haschab (8, 5), duplici videlicet nomine propheticò insigniendum. Teram hanc sententiam, quae *alma facti conjugem Isaei*, solide refellit Kimchi, duobus argumentis, quae speciem omnino illi adimunt. Primum est, si propheta hic locutus esset de conjugè sua, illam vocasset *prophetissam*, ut in 8, 5. Quis enim credat, prophetam, si de sua locutus esset conjugè, non eam designaturum fuisse nomine aliquo, quo cognosci et ab aliis feminis dignosci possit? Imò si vel maxime, quod Grotius vult, locutus esset de virgine aliqua, ab ipso ascendenti hoc tempore in conjugium, debuisset utique eam certà aliqua notà sic describere et designare, ut illi intelligere possint, illum de sua potius conjugè, quam de quacumque alia loqui. Alterum Kimchi est, non posse hanc sententiam, consistere cum loco 8, 8, ubi propheta verba faciens de Assyris ait: *Extensioes alarum ejus implebit latitudinem terrae tuae, et Emmanuel!* Patere inde, per Emmanuelem intelligi personam aliquam illustrem, cujus dici possit *esse Judaea*, qui non potest esse minor filii regis. Neque tamen, quod ipse Kimchi contendit, *alma* esse Ahasi conjugem, magis est probabile. Eam enim simpliciter eo nomine appellasse, vix est credibile. Cur enim non dixisset, quod quilibet alius in tali causa diceret, *conjugè tua?* Vel, si de reginà locutus esset, cur eam non potius appellasset *reginam*, aut *dominam, augustam*, quae appellaciones usi fuerunt receptae? Ipsi quoque Kimchio obstat locus 8, 8, ab eo productus, quo alios oppugnat. Si enim hic intelligatur alius quidam Ahasi filius quam Hiskias, quo modo ejus dici potest *filius terra Judaeae?* Hiskias enim solus fuit regni haerens. Veteres Judaei cum id animadvertenter, hic Hiskiam designari dixerunt. Verum id jam refutavit Hieronymus, cujus verba supra attulimus, refelluntque ipsi Judaei recentiores, ut antea monuimus. Parum praeterea arguitur, quod probabile, Ahasus, vel conjugem ejus, si vel maxime detur designari per *alma*, puerum aliquem in suo domo nasciturum vocaturum fuisse Emmanuelem; illum inquam, Ahasum, quem constat exactè fuisse in Domini filii Gressivum aetate verò quod utriusque, vel de Isae, vel de Ahasi conjugè, expositioni obstat, est illud, quod *alma* de nuptia femina ex usu loquendi intelligi placet, ac *virginem* denotat. Nihil est quod obvertunt Hebraei, et Christianorum ii qui Emmanuelem prophetae filium faciunt, nomen *alma* salummodo respiciere aetatem, non *statum* feminae, *virginem* aut *conjugalem*, significare igitur *feminae juvenem*, sive *nuptam*, sive *inuptam*, perinde ac *elem* designat adolescentem. Hinc est quod Aquila et Theodotus, proselyti Judaei, verum ad interpretandum *alma* *seavi*: sunt usi. Vocem probat constantis vocis usus in veteri Testamento *alma* nunquam de *nupta*, sed ubique de inupta femina dici. Occurrit praeter nostrum locum sexies: Primo Genes. 24, 43, ubi de Rebecca nondum nupta, quae vers. 16, *virgo, quam vir non cognovit*, dicitur; tum Exod. 2, 8, de inupta Mosis sorore adhibetur. Tertio loc. Ps. 68, 26, *alamoth* sunt puellae, quae instrumentis musicis

de fetore inventum esse Rabbiorum, propter locum Eccles. 10: *Musca mortis fetore facit unguentum*, etc.,

Deum celebrant. Porro Cant. 1, 5, ubi *alamoth* sponsum amare dicuntur, nemo facile de uxoris cogitabit, et Cant. 6, 8, ubi *alamoth* distinguuntur à *reginis* et *concupis*, ille vix aliae, nisi *virginis* esse possunt. Locus restat, loquens, valde vexatus. Proverb. 50, 19, quem urgent, qui contrariam sententiam defendunt. Illo loco inter quorum ocella et imperscrutabilia recensetur *vira viri in virgine*, ubi *alma* *Judaei* eandem volent esse, quae vers. proximo dicitur, *femina adultera*, ad eam enim applicari, quae Paronimastae de *alma* dixerat. Verum hanc scriptor à feminà adulterā manifestè distinguit; tantum illius exemplum ad hanc transferret. Locus agit de furtivis et clandestinis amoribus, et congressu, quem vir cum puella inupta exerceret, nemine praeter-amantes consensio, dum interea illa pro virginem habet, et quid viti sibi haerret, illa dissimulat, ut ab aliis illi frustra pervestigetur. Est igitur quae hic *alma*, *virgo*, dicitur, talis ex communi fama, iudicio, et opinione aliorum. Nolimus cum pluribus superioris aetatis interpretibus virginis notionem voci *alma* vindicare ex ejs etymo, etsi speciosum sit. Observant, *alma* esse ab *alam*, cujus forma niphala, absconditum, occultum esse, ignorari designat, quae notio in etymologia soli convenire virgini, quae sic appellata fuerit, vel, quod nescia consuetudinis virilis ocella hactenus et facta habet, quae honestas alii, quam marito, revelari vetat; vel quod, pro more veterum, *domi lateat et occultetur*, non versata in publico, sed sub oculis matris aut custodis clam aliis severtur, ejuismodi virginis appellatur *conclusa* (2 Machab. 5, 19, 5 Machab. 1, 18), ut contra meretricem, Chaldaeis, *procedentem foras*, in publico versatam, vocat; et hac ipsa de causâ *alam* notare *adolescentem*, nondum ad modum rei publicae, sed *domi* hactenus sub oculis parentum latentem et educatam, quem veterum morem ad vindicandam voci *alma*, virginis, significationem, pluribus illustratur Casaubonus (*Exercit. ad Hieron. Anales*, p. 106 seq.), Grotius (*ad Matth. 1, 25*), et Hieronimus (*De monstris*, Propos. 9, cap. 9). Ita jam Hieronymus in *Commentar.* ad hunc locum: *ALMA non solum puella, vel virgo, sed cum *traxit*, virgo abscondita dicitur et secreta, quae nunquam virorum pateat aspectibus, sed magna parentum diligentia custodita sit.* Et idem in libro de *Traditionibus Hebraicis*: *ALMA, quod interpretatur abscondita, id est, virgo, nimis diligentè custodita, majoris multivideretur laudis esse quam virgo. Virgo quippe, juxta Apostolum, potest esse corpore, et non spiritu. Abscondita verò, quae virgo est, *traxit* virginis aetatis, quae autem est et abscondita; et quae abscondita est, sicut idiomata linguae Hebraeae, consequenter et virgo est; quae autem virgo, non statim sequitur, ut abscondita sit.* Ejuismodi tamen ex etymologiae petitis argumentis, utpote perquam inerte, partum tribuendum videtur; praesertim cum Arabica dialectus alium etymum offerat non minus, aut forsitan magis commodum, significans coenandi cupidam, libidinosam fuit, unde *adolescentia* *natiuitate ad juvenentem*, et juvenis plena aetatis, cui *alra barba latibundum* *emergat*, cujus nominis femininum est *adolescentula*. Sed nobis, uti diximus, sufficit usum loquendi, qui *alma* de puella inupta usurpat, quod virgo sit, seu talis censetur, neque nunquam adhibet in puella, quae sit uxor. Intellexisse autem Isaiam, cum haec loqueretur, *virginem parturam*, verba ejus ipsa demonstrant. Nam eodem hic loquitur modo, quo postea 8, 5, cum dicit: *Prophetissa concepit et peperit filium*, jungs *prophetissa* *verbis concepti, peperit*, et partum attribuit ei feminae, quae sit uxor, eam parit. Ergo similiter attribuit nunc partum ei feminae, quae sit virgo, non quae antea fuerit. Ita omnes loquuntur; nec dicit maritus, *mea virgo peperit*, cum dicere vellet, *mea uxor peperit*, etsi uxore

qui tamen de quibusvis muscis inciditibus in pretiosum unguentum intelligitur. Idolum quoque illud

rem suam duxerit virginem. Lingua quoque Punicâ, sicut Hieronymus, quae de Hebraeorum fontibus manare dicitur, proprie virgo *ALMA* appellatur. Adhuc quae paulo post: *Et quantum cum meo pugno memoria, nunquam me arbitror ALMA in muliere nupta legisse, sed in eâ quae virgo est; ut non solum virgo est, sed virgo junioris aetatis, et in annis adolescentiae.* Quod verò precipuum est, hinc vocis *alma* usui hoc loco suffragatur ipsius rei indoles, atque extra dubium collocat, propositi virginem partum tantumquam Emmanuels matrem. Nisi enim partum miraculosum intelligas, quem Deus ipse signum non interituro domus Davidicae constituit, nemo dixerit quid illud sit in hac prophetia, quod sustinet locum et vicem *signi* sive *prodigii*. Par est credere, prophetam hâc voce eodem sensu uti, quo eam usurperat vers. 11, ubi manifestè sumitur de signo aliquo *prodigiali*, non memoriali, sive verbalis, vel qualicumque alio. Quis verò *signi prodigialis*, aut miraculi loco habet, si ex congressu viri evadit gravida, quae virgo esse desit? Rectè Hieronymus: *Quomodo debet esse atque mirabile. Sin autem juvenula, vel puella, et ut Judaei volunt, et non virgo parit, quale signum poterit appellari, cum hoc nomen aetatis sit, non integritatis?* Gemina his habet Theodoretus in *Commentario* ad vers. 14. Item Irenaeus (*adversus Haereticos* lib. 5, c. 21, § 6): *Quid enim magnum aut signum fuerit in eo quod adolescentula, concipiens ex viro, peperisset, quod eventum omnibus quae pariunt multatribus?* Nec non Tertullianus (*adversus Iudaeos*, c. 9): *Signum autem à Deo, nisi novitas aliqua monstrosa fuisset, signum non videretur.* Et paulo post: *Nihil signum videri possit res quotidianâ, juvenulae scilicet praegravata et partus.* Haerent hic Hebraei, et Christiani interpretés illi, qui *ALMA* de nupta femina capiunt, neque quomodo esse expectant, facile inveniant. Jarchi, ut vidimus, signum in eo constituit, quod uxor vatis, juvenis adhaec, tempore partus corripitur à spiritu prophético, et ipsa prophetis facta nomine Emmanuels, futuram liberationem ab hostibus praesagiens, filii inderet. Kimchi signum facit hoc, quod nascendus puer à primo natalis tempore vesciturus sit butyro et melle, cum illo iudicii discrimine, ut *adicta* sit admistrus, repositurus verò *amara* et insalubria. Aben Esra signum tum ponit in ipso nomine Emmanuels, tum in eo quod puer, quum primum natum esset, mox vesciturus sit butyro ac melle, id enim non esse de more recens natorum. Idem recenset et rejicit simul Saadiae sententiam, signum quaerens in *partu masculo*, quem jam hoc tempore vatis praedixerit. Abarbanel signum ponit tam in nomine Emmanuels, quam in eo quod vates simul hoc tempore indicaverit Ahasu uxorem ejus, vel filiam tenellae aetatis, nuptam tamen, jam nunc esse gravidam, et exituram foetum. Grotius signum arbitrat fuisse illud, quod nupta ipse congregaret circa id temporis cum femina, quae tum adhuc virgo esset, sed nupta prophetae partum ederet masculum, qui symbolicum ferret nomen et *Maher-Schalal-Haschab*, in signum instantis liberationis. Sed quam frigide haec omnia dicantur, haud sint exilia, et longe infra expectationem, quam propheta magnificè vatis Ahaso et populo fecerat, unusquisque, et nobis non momentibus, sentiet ipse. Miro Stedelmium, V. S. V., cum nomine *elm* rectè mirabile quid denotari agnosceret (vid. not. ad vers. 11), tamen ad vers. 14 haec scribere: *ALMA* *est uxor utrum inuptam virginem*, an nuptam etiam feminam significet, in nostri loci interpretatione haud ita multum intererat. Gravida adstabat femina, nec in sum fiamus prophetae haerere, utrum inupta an nupta esset. Non quod *haalma* gravida esset aut fieret, signi loco



Dens Akaron propter hujuscemodi muscas, quæ carnes mortuas amant quibusque insident, BAAL-ZEBUB

haberi propheta volebat, sed eth erant illi eventus, quos tenera adhuc nascituræ puelli ætate civitas Judaica esset expertura. Exempli loco tantum loco hanc ipsam adstantem anima inuili; eodem jure innere poterat quamlibet isto tempore gravidam feminam. Ita quoque sentit H. E. G. Paulus in *Clavi ad Isaiaam*, p. 41, 48. Eam sententiam cur nostram facere nequeamus, ex his que supra exposuimus apparet.

Denique minime prætermittendum illud, veterem esse opinionem, inter plures pervulgatam populos, de viris insignibus, præclaris, ceteris mortalibus sapientia atque præstantia laude antecellentibus, quibus celestis esset origo, præter communem naturam legem matribus virginibus natis. Observavit id jam Hieronymus (*adversus Jovinianum* lib. 1, cap. 20): « Apud Gymnosophistas traditæ quasi per manus hujus opinionis auctoritas insidit, quod Budham, principum dogmatibus traditæ, cum Minervam quoque de capite Jovis, et Liberum patrem de femore quoque procreatos, doctissima finxerit Græcia. Speusippus quoque, sororis Platonis filius, et Clearchus in laude Platonis, et Anaxilides in secundo libro Philosophiæ, Perictionem, matrem Platonis, phantasmatè Apollinis oppressam ferunt (conf. Diogenem Laërtium lib. 3, segm. 2, 5), et sapientiam principem non aliter arbitrantur nisi de partu virginis editum. Ac ne nobis Dominum Salvatorem de virgine procreatum et Romanam exprobraret potentiam, auctores urbis et Romana genitricem Martem genitos arbitrantur, et genitis sua illa virgine et Martis genitis scriptoribus Hujuscemodi plura è Græcis Romanisque scriptoribus attulit P. D. Haetius in *Demonstrat. Evangel.* Propos. 9, cap. 9, § 4, p. 771, edit. Lips., et in *Quest. Ainet.* lib. 2, cap. 15, p. 488 seqq. Quæ verò Hieronymus ejus, quem adscripsimus, loci initio de Indorum Budha dicit, confirmantur narrationibus virorum fide dignissimorum, qui nostrâ memoriâ oras istas invisere. Ita Paulinus à S. Bartholomæo, Malabarica Missionarius, in *Systemate brahmanico liturgico, mythologico, civili*, etc. (Romæ 1791, in-4), p. 158, Brahmanorum de Budha doctrinam exponens, hæc scribit: « Natus est ex Manu (ut Mercurius, quocum Budha non pauca habet communia, ex Maia), quæ imaginationis dea est, ex mente, ex voluntate virginis, et sine complexu carnali, quemadmodum filii Pandaværum apud Brahmanes per auriculam ex sole, ope orationis magice, et sine complexu viri nati fuisse scribuntur in libro Sambhavam et Yuddhishtira. » Similia de suo *Fo, Fohi, sive Xaca* (qui nomine tantum à Budha esse diversus, vult Langies Nol. ad versionem gallicam Thumbergiani Itinerarii t. 2, p. 163), narrat Tibetani et Sineses. Relatæ ex Augustin. Anton. Georgi in *Alphabeto Tibetano* (Romæ, 1763, p. 52): « Xaca, postquam pluries in corpora transigrasset, tandem, ut depravatos hominum mores emendaret, convolvat in uterum Likmoghiuprui, Nymphæ omnium pulcherrimæ, et recens nuptæ regi viro Sezan. De eâ prædixerant vates, et qui imperendorum nominum auctores erant, fore ut pareret filium venustissimum omnique sanctitate donatum, ipsamque propterea admirandæ pulchritudinis ac virtutis, Deam Likmoghiuprui appellarent. Sed antequam in novæ matris sinum reciperentur, clanculum (hoc nomen gessit in penultima in carnatione), Laharum principis, Chicio, tantam illius utri splendoris copiam infudit, ut ab omni luce et coactione purum reddiderit. Totus ita nitidus et pelliculis factus uterum, infantulum, quem clausum gerebat, admirabili tum corporis, tum animi fulgore micantem intuitum oculis ostendebat, quemadmodum latere dextro, nullo relicto hiatus vestigio, genitrix intacta eum in lucem effudit. » Conf. D. Halde *Descript. regni Sinesis*, vol. 3, p. 20, vers. germ., et *Complet Confucius Sinarum Philosophus*,

id est, princeps muscarum, seu habens muscas, seu plenus muscarum: quod loco huic convenit, ut videtur v. seq. RIVOREM IOR vel IOR dicitur rivus seu meatus fossus ad irrigandos agros, quos multos Ægyptus ex Nilo, et Mesopotamia ex Tigri et Euphrate deductos habet. Et verisimile est appellationem habere ab *or*, limpiditate et claritate aquarum, quod clariore sint et minus turbide quam in ipsis fluminibus rapidioribus; vel ab *arar*, id est, *corrodere*, quod rivi arrodant ripas. In fine ergo rivorum Ægypti dicit pro ab extremis Ægypti partibus. Ægyptiosque muscis comparat cum ob multitudinem tum ob molestiam et importunitatem. Apri. Nomen Hebræum *deborah* ab ordine operarum quas mirâ industriâ facit deductum est; et credo vespas quoque complecti, quæ acerrimè aculeis pungunt: utraque autem liberant advolant ubi mel inventur, neque facile est eas abigere. Ægyptii autem et Assyrii à diversis partibus sæpe molesti fuerunt Judæis.

Declarat. Proœmiol. p. 28. Frequens est hodiernum apud Sineses pulcherrimæ mulieris effigies (*Sching-mah*, id est, matrem mentis perfectæ vocant), capite fulgore radiante circumdato, infantem in unis gestans, quem ex eâ natum esse autem sine ullo virginitatis dispendio. Vid. *Barrow Itinerar.* Sinesis, part. 2, p. 159, vers. teuton. Vinar. 1804 edit., sive part. 2, p. 247, vers. teut. Hamburg. 1805.

Ejusdem illius nominis vestigiaprehendimus in Græcorum Romanorumque poetarum fabulis de virgine Justitiâ, quæ cum olim per aurea secula inter homines versata esset cosque rexisset, posthac verò, mortalibus in deteriora laboribus, ad sidera evolasset, inter que Astræe sive Erigones nomen gerit (vid. Arati *Phænomen.* vers. 96 seqq., et versionem Germanicam vers. 95 seqq., nec non Festi Aviani paraphrasin poeticam, vers. 275 seqq.), reditura sit aliquando, cum in magnâ illâ rerum omnium Restauratione aurea ætas ad terram redidit. Ita Manilius *Astronomic.* 4, vers. 545 seqq.

*Erigone surgens, quæ rexit secula prisca  
Justitiâ, rursusque eadem labentia fugit;  
Alta per imperium tribuit fastigia summam.*  
RECTOREMQ; DABIT LEGUM JURISQUE SACRATAM,  
*Sancta pudicitia diorum templâ colentem.*  
Eodem spectat Virgilius, dum reversura aureæ ætatis descriptionem *Eclor.* 4, vers. 4 seqq. ita orditur:  
*Ultima Cumæi venit jam carminis ætas;  
Magnus ab integro sæclorum nascitur ordo.*  
JAM REDIT ET VIRGO; redeunt Saturnia regna;  
JAM nova progenies cœlo demittitur alto.  
Tu modo NASCENTI PUERO, QUO FERRE PRIMUM  
DESINET, AC TOTO SURGET GENUS AUREA MUNDO.  
*Casta fave Lucina; tuis jam regnat Apollo.*

Sunt autem plura, in quibus Virgiliarum carmen congruit cum Isaiano illo, quod cap. 7-12 continetur. Agi hunc ultimam mundi ætatem, quæ exactâ novus sæclorum ordo inchoaturus sit, puero aliquo nato, canit Virgilius, canit item Isaia (vers. 14, conf. supra p. 257). Puer ille adscriptus erit herouibus, et orbis terrarum peccati erit regnator, apud Maronem vers. 15-17, et apud Isai 9, 4-6, et 11, 6 seqq. Porro melior illa ætas apud Virgilium per gradus succedit, ita ut puero nato exordia (vers. 18-25, 51 seqq.), incrementa verò sua habitura sit, quod ille adoleverit (7 seqq.). Similia observa in Isaiano carmine; nam Emmanuelis partus et ætas juvenilis eant in ultima ætatis trista tempora, quibus bella et discordiæ nondum cessarunt, Isai 7, 13, et 8, 22 (conf. *Eclor.* vers. 51, 56: *Puer tamen suberunt prisca vestigia fraudis*); illo demum adulto desinent dissidia atque certamina omnia, 9, 4-6. (Rosenmuller.)

VERS. 19. — IN TORRENTIBUS. Nomen *nacal* est à verbo quod *haredaitum* adire omnes dicunt significare, neque dubium quin sic veritendum sit. Proprie tamen *successionem rei in familiam* notat et quasi *continuationem*; unde et nomen *nacalah*, *haredaitem*, significat, que juræ successio in aliquem legitime derivatur ac manet, cum in alveum torrens defertur, neque aliò extra lineam transferretur, ut videas quare ab eadem radice veniat nomen *nacal*, id est, *torrens*, et nomen *haredaitis*. Significat quoque et ipsam *vallium*, scilicet *angustam alveum habentem, in quam tempore pluviae torrens rapim defertur*. Possumus ergo hic et pro *vallibus* accipere; sensus tamen idem est. *VALLIUM*. *Hæ excavationum*, id est, *excavatis*. Vide supra 3, 6. In hujusmodi autem locis solent apes et vespe decidere. ET IN CAVERNIS. *Nekim* est *locus cavus, concavus et vacuus, sine caverna*. Hic tantum et Jer. 16 legitur. *FUGIETIS*. Hebr. *naatus*, ut apparet, cum etsi, quod *signum seu arborum* notat, et cum nomine *atsah*, quod *spinam dorsi*, eò quod, sicut arbor ramos, ita illa costas extendat, referatur figuram arboris, affinitatem habet. Nonnulli igitur pro *rubo* accipiunt. *Vulgatus fruteta* verit, *ergo contagiones*, quia et ratio ac compositio nominis convenit, et contextus ab hac acceptione non abhorret. Vocem quoque que sequitur, *nalalim*, quem *Vulg. foraminia* interpretatus est, ad naturam apum attendens, et de sensu potius sollicitus quam de verbis, *ergo juxta nominis etymologiam*, et Chald. imitatus, *domos laudatas* dixi; *hæc enim laudare* est. *Poteris et pro testudinibus* accipere, in quibus eho sonat; domus enim aut contaginationibus aut testudinibus superne constant. Neque, ut quidem sentio, in malè verteret qui priorem vocem ad humiles domos, que quædam tantum contagiones esse videntur, posteriorem verò ad palatia regum et divitum domos, que sunt magnificæ et laudatæ, referret. Utcumque tamen accipias, nihil aliud istis nominibus voluisse Prophetam significare existimo, quam quod Assyrii et Ægyptii omnia, tam foris quam intus, tam in agro quam in urbibus, tam in domibus pauperum quam in palatiis regum, tam in munitis naturâ quam arte, latè essent occupati. In libris Regum reperies eisdem fermè temporibus Judæos tam ab Assyriis quam ab Ægyptiis dira passos, 4 Reg. c. 25 et 24, et 2 Par. 35 et 36. In quibus locis admonitum te, lector, volo ut memineris circa illa tempora imperium Chaldaeorum et Assyriorum fuisse confusa atque permista: quod ex profanis quoque auctoribus satis constat. De quâ re in sequentibus nonnihil nobis dicendum erit.

VERS. 20. — PROPTER VERSUS 21 ET 22, tam Judæi quam plerique ex nostris, quò non intelligerent quoniam pacto de eversione Judææ intelligi possent, hæc omnia violenter admodum exponere conati sunt. Ego autem à versu 17 usque ad finem capituli de eversione et afflictione Judææ per Assyrios, et de eversione et afflictione alterâ, cujus illa typus quidam erat, intelligenda omnia existimo, cujus interpretationis firmitas onstare potest ex ipso toto expositionis nostre quasi

illo atque contextu. RADET DOMINUS, etc. Quam nudum pilis et quam tersum maneat hominis corpus postquam novacula totum percurret, manifestum est. Judæam ergo corpori humano comparat, in quo sunt pilæ quidam ad decorem et honestatem pertinentes, ut *capitis et barbæ*; alii non tam ad ornamentum quam ad necessitatem à natura inventi, quos honesto vocabulo *pilos pedum* vocat Scriptura: hos omnes novacula facile auferet. Significat ergo Judæorum tam nobilium quam ignobilium captivatem. Et *regem Assur* ejusque milites *novaculam conductam mercede* appellat, quòd spe spoliarum et à Deo ipso incitati advenirent. Quod igitur dicit, *novacula mercede conductâ, quæ est trans flumen*, appositione exponit, *regem Assur. Et barbam universam*. רַבַּעַר verbum de numero esse eorum quæ Hebræis contrarias significationes habent, nempe *addere et adimere seu detrudere*, certum est. Potest ergo hic locus sic veriti, *addere insuper et barbam*, vel *et barbâ quoque absumere*; nam verbum potest esse secunda persona masculina, vel tertia feminina, et Hebræis *barbæ* nomen generis est utriusque.

VERS. 21. — ET ERIT IN DIE ILLA, etc. Cùm non est qui agros colat, uberrima sunt pasca: ubi autem pinguis pasca, ibi lactis et butyri ingens copia. Superiori versus captivitatem expressit: hanc confirmat exponens quàm rari sint futuri habitatores, qui non frumento aut vino abundantant, sed *butyro et melle*, cujus etiam est abundantia in salubus. *VACCAM agalah*, *plastrum est quod super rotas volutat, et egei, vitulus*, quasi *planstralis* dicitur, et *egelah, vitula*. ARMENTI. Nomen *bacur* communis generis collectivè de *majoribus animalibus domesticis* dicitur, qualia sunt boves, vaccæ, vituli. Hieronymus *boves* dicit, sicut et *tsou, oves*, cùm etiam sit collectivum, et *minuta animalia*, oves, capras, agnos, hædos, etc., significat; neque unquam de una ove aut caprâ dicitur. *Pecudes* dicere possumus: et habent appellationem Hebræis quòd graminis et herbas erodant et depascant, ut ex cognatis vocibus apparet. *Duas igitur oves* aut *capras* hic intellige, id est, ex paucissimis ovibus aut capris et ex una tantum vaccâ copiam lactis exprime, quicumque eas habebit.

VERS. 22. — PRÆ UBERATE LACTIS. Hebr., *propter multam facturam lactis*; est enim infinitivus; id est, eò quòd multum lactis eduat, ipse homo, vel vitula, et oves. OMNIS QUI RELICTUS. *Butyrum comedit et lac*. Nihil hoc significat nisi incultos agros, et omnia in saltum redigenda. Non tamen dubito quin ad mysterium Isaia hic oculum converterit. Nam hæc dicebat regi secum adducens filium suum cui nomen erat SEAR-JASUB, id est, *reliquæ revertentur vel convertentur*, etc.; de quo supra v. 5. Per mel ergo et butyrum optima queque et suavia intelligimus, que pæi à puero illo Emmanuele, qui *butyrum et mel comedit*, accipiunt. Nec tamen est abicienda veritas historia. Quod enim superiori versus dixit, hic aliis verbis repetit. Estque ipse Propheta sui ipsius interpret. Et ad hunc quoque locum pertinent que sequuntur.



**VERS. 23.** — MILLE VITIS, etc. Numerus certus pro incerto; id est, locus qui fuerit consitus selectissimis vitibus et magno pretio aestimandis vertetur in veprecium. Jam vides quo modo omnia conveniant, et de vastatione Judææ intelligenda sint.

**VERS. 24.** — CUM SAGITTIS ET ARCI, etc. Sicut qui silvam aut saltum ingreditur sagittis instructus et arcu vel venationis causâ vel metu ferarum. INGRADIENTUR. Vel eundem erit. Hebr. *iabo*. Tertia hæc persona futuri impersonaliter accipienda est, ut sæpe solet, id est, *civis illic ire licebit*.

**VERS. 25.** — OMNES MONTES QUI IN SARCULO SARRIEN-  
TUR. Ego existimo esse periphrasim vinearum et hortorum, in quibus sunt plantæ fructiferae, quæ solent semel atque iterum fodi et in monticulos religii, juxta agriculturæ præcepta. Jam enim supra dixi cap. 3, verbum *adad* propriè *concoerere* significare. Non venit illic timor, etc. Id est: *Quò timor veprium et spinarum non solet venire*; id est: *Et loca illa quæ solent in monticulos concoerari, quæ tuta solent esse à vepribus et sentibus, erunt in senticetum et veprecium; et armenta et pecudes illic liberè ingredientur*. Hic sen-

## CAPUT VIII.

1. Dixit Dominus ad me: Sume tibi librum grandem, et scribe in eo stylo hominis: Velociter spolia detrahe, citò prædare.

2. Et adhibi mihi testes fideles: Uriam sacerdotem, et Zachariam filium Barachias.

3. Et accessi ad prophetissam, et concepit, et peperit filium. Et dixit Dominus ad me: Voca nomen ejus, accelera spolia detrahe, festina prædari;

4. Quia antequam sciat puer vocare patrem suum et matrem suam, auferetur fortitudo Damasci, et spolia Samariæ, coram rege Assyriorum.

5. Et adjecit Dominus loqui ad me adhuc, dicens:

6. Pro eo quò abiecit populus iste aquas Siloe, quæ vadunt cum silentio, et assumpsit magis Rasin, et filium Romelias,

7. Propter hoc ecce Dominus adducet super eos aquas fluminis fortes et multas, regem Assyriorum, et omnem gloriam ejus: et ascendet super omnes rivos ejus, et fluet super universas ripas ejus.

8. Et ibit per Judam inundans, et transiens usque ad collum veniet: et erit extensio alarum ejus, implens latitudinem terre tuæ, ô Emmanuel.

9. Congregamini, populi, et vicinimi; et audite, universæ procul terræ, confortamini, et vicinimi; accingite vos, et vicinimi;

10. Inite consilium, et dissipabitur; loquimini verbum, et non fiet: quia nobiscum Deus.

11. Hæc enim ait Dominus ad me, sicut in manu fori erudivi me, ne irem in viâ populi hujus, dicens:

12. Non dicatis: Conjunctio; omnia enim quæ loquitur populus iste, conjunctio est; et timorem ejus ne timeatis, neque pavetis.

13. Dominum exercituum ipsum sanctificate; ipse pavor vester, et ipse terror vester.

14. Et erit vobis in sanctificationem: in lapidem

sus planus est. Potest et sic accipi: *Loca illa quæ in monticulos sarculari solebant, non erit cur quispiam timeat illic ingredi propter vepres et sentes, quibus circumvallari solent: patebunt enim bobus et pæcudibus. Sed prior sensus minus nodosus est; itaque omnia in malam partem commodè interpretari licet. Neque hoc loco audiendi sunt Rabbinii, neque qui eos sequuntur ex nostris. Si quis tamen contendat hic esse mysterium, dicat hoc ultimo versu loqui Prophe-  
tam de ubertate illorum locorum quos reliquæ colent: solent enim ad montes confugere tempore belli, et illic nonnihil agriculturæ operam dare. Illa igitur, inquit, loca immunia erunt à spinis et vepribus; quinimò adeò luxuriabunt ut necesse sit immittere boves et pæcudes, ne omni fructu præ nimia illa luxuria priventur. Quæ de prosperitate spiritali in illorum pæctoribus intelliguntur, qui non consenserunt actibus Judæorum, qui ad montes confugerunt juxta Evangelium, etc. ERIT IN PASCUA BOVIS. Hebr., in immissione bovis, vel emissionem; vel immittere licebit boves. Ita etiam pæcudem dixit collectivè.*

## CHAPITRE VIII.

1. Le Seigneur me dit: Prenez un grand livre, et écrivez-y d'un style d'homme: Hâtez-vous de prendre les dépouilles; prenez vite le butin.

2. Et je pris des témoins fidèles: Urie, sacrificateur, et Zacharie, fils de Barachie.

3. Je m'approchai ensuite de la prophétesse, et elle conçut et elle enfanta un fils. Alors le Seigneur me dit: Appelez-le, Hâtez-vous de prendre les dépouilles, prenez vite le butin.

4. Parce qu'avant que l'enfant sache nommer son père ou sa mère, on emportera la puissance de Damas, et les dépouilles de Samarie à la vue du roi des Assyriens.

5. Le Seigneur me parla encore, et me dit:  
6. Parce que ce peuple a rejeté les eaux de Siloe qui coulent doucement, et qu'il a mieux aimés appuyer sur Rasin et sur le fils de Romélie.

7. Le Seigneur fera fondre sur lui le roi des Assyriens avec toute sa gloire, comme de grandes et violentes eaux d'un fleuve; il s'élevera au-dessus de son lit: il ira par-dessus tous ses bords.

8. Et, inondant tout le pays, il se répandra dans la Judée, jusqu'à ce qu'elle ait de l'eau jusqu'à son cou; il étendra ses ailes, et il en couvra toute votre terre, ô Emmanuel.

9. Assemblez-vous, peuples, et vous serez vaincus; peuples éloignés, peuples de toute la terre; écoutez; réunissez vos forces, et vous serez vaincus; prenez vos armes, et vous serez vaincus.

10. Formez des desseins, et ils seront dissipés; donnez des ordres, et ils ne s'exécuteront point, parce que Dieu est avec nous.

11. Car le Seigneur, me tenant de sa main puissante, et m'instruisant afin que je ne marchasse point dans la voie de ce peuple, m'a dit:

12. Ne dites point: Faisons tous ensemble une conspiration, car tout ce que dit ce peuple n'est qu'une conspiration. Ne craignez point leurs menaces, et ne vous épouvantez point;

13. Mais rendez gloire à la sainteté du Seigneur des armées; qu'il soit lui-même votre crainte et votre terreur;

14. Et il deviendra votre sanctification, au lieu qu'il sera une pierre d'achoppement, une pierre de scandale, pour les deux maisons d'Israël, un piège et

autem offensiois, et in petram scandali, duabus domibus Israel, in laqueum et in ruinam habitantibus Jerusalem.

15. Et offendent eis plurimi, et cadent, et contendentur; et irretientur, et capientur.

16. Liga testimonium: signa legem in discipulis meis.

17. Et expectabo Dominum, qui abscondit faciem suam à domo Jacob, et præstolabor eum.

18. Ecce ego et pueri mei, quos dedit mihi Dominus in signum et in portentum Israel à Domino exercituum, qui habitat in monte Sion.

19. Et cum dixerint ad vos: Querite à pythonibus et à divinis, qui strident in incantationibus suis: Numquid non populus à Deo suo requiritur pro vivis à mortuis?

20. Ad legem magis, et ad testimonium. Quòd si non dixerint juxta verbum hoc, non erit eis matutina lux.

21. Et transibit per eam: corruet, et esuriet: et cum esurierit, irascetur, et maledicet regi suo, et Deo suo: et suscipiet sursum,

22. Et ad terram intuebitur, et ecce tribulatio et tenebræ, dissolutio et angustia, et caligo persequens, et non poterit volare de angustia sua.

## COMMENTARIUM.

**VERS. 1.** — Rursus Isaias ad vastationem Syriæ et Samariæ redit, quam prius attigerat; et brevi futuram exponit. Verùm quia ad Jehudam et Jerusalem præcipuè missus fuerat, omisso sermone de vastatione Syriæ et Samariæ, ad Judæos statim rediit, et eos, quia non credebant ei de exterminandis hostibus disserenti, introitus quoque prædicit, non tamen omninò delendos. In volumine autem magno duas voces monosyllabas בַּז וְרַב, HAS BAZ, scribere jubetur, quo magis res celerimè eventuræ significaret. Volumens. Hebræum nomen *gillaton* est à verbo quod apertionem seu apparitionem, aut, ut alii volunt, convolutionem notat. In libro autem expressa apparent quæ alioqui latebant: unde idem nomen in plurali *specula* significat. STYLO HOMINIS. Id est, vulgari et noto. Fortè præcipiebatur Dominus magnis characteribus scribi duas illas voces, et ad hoc erat volumens *magnum*, ut à quovis legi possent; unde et vulgari litteris scribi præcipiebatur. VELOCITER SPOLIA DETRAHE. Quàm variè reddi possint hæc verba notum est illi qui Hebræice norunt: unde hoc loco magna varietas interpretationum orta est, sed idem ferè omnibus significatur. Ego eam quæ mihi simplicissima videbatur apposui; nam litteræ *lamed* ille interdum est usus ut materiam de qua fit sermo significet. De verbis *maer* et *cush* dixi supra cap. 3. Verbum autem *bazaz* verbo diripiendi rectè vertitur; unde et nomen *baz*, diripio. Et notat despectum, contemptum et proconculationem. Scribe, inquit, de eâ prædâ seu spoliatione quæ citò eventura est, his verbis: FESTINAT DIRIPI. **VERS. 2.** — ET ADHIBI MIHI. Id est: Effeci ut te-

un sujet de ruine à ceux qui habitent dans Jérusalem;

15. Car plusieurs d'entre eux se heurteront, ils tomberont et se briseront, ils s'engageront dans le filet, et ils y seront pris.

16. Que ce que je vous déclare demeure secret; tenez ma loi scellée parmi mes disciples.

17. J'attendrai donc le Seigneur qui cache son visage à la maison de Jacob, et je persévérerai dans cette attente.

18. Me voici, moi et mes enfans que le Seigneur m'a donnés, pour être, par l'ordre du Seigneur des armées qui habite sur la montagne de Sion, un prodige et un signe dans Israël.

19. Et lorsqu'ils vous diront: Consultez les magiciens et les devins qui murmurent en secret dans leurs enchantemens, répondez leur: Chaque peuple ne consulte-t-il pas son Dieu, et va-t-on parler aux morts de ce qui regarde les vivans?

20. Allez plutôt à la loi et au témoignage. Que s'ils ne parlent point de cette sorte, la lumière du matin ne leur point pour eux.

21. Et ils seront vagabonds sur la terre, ils tomberont, ils souffriront la faim, et dans cette faim, ils se mettront en colère, ils maudiront leur roi et leur Dieu; ils jeteront leurs yeux tantôt au ciel,

22. Et tantôt sur la terre, et ils ne verront partout qu'allietion, que ténèbres, qu'abatement, que serrement de cœur, et qu'une nuit sombre que les persécuteurs, sans qu'ils puissent échapper de cet abîme de maux.

stes digni fide mihi testes essent. Est enim verbum *aida* in tertiâ à verbo *ud*, quod in primâ non invenitur; in secundâ autem *oded* aliquoties, et est *comprobare, sustentare ac tueri verbo vel facto*; quod *Ulg.* verbo *suscipiens* reddidit Psal. 146 et 147. Cum aliis autem punctis potest esse à verbo *adab*, quod *adhuc* seu *applicare* significat, et ita accepit *Ulg.*, quanvis de applicatione ornatis ferè semper dicitur, sed debuisset scribi *adab* absque *jud.* Idcirco ego tanquam esset à verbo *ad* accepit, ut *he* sit paragogicum, quod frequentissimum est in primâ personâ futuri, id est, *obtestatus sum*. Verùm non usque adeò est manifestum cuius rei voluerit illos esse testes, aut super quâ res eos obtestabatur. Crediderim sanè quòd, quia non credebatur populus Domino promittenti vastationem Syriæ et Samariæ, obtestatus sit viros duos prædictos, ut essent sibi testes quòd eis denuntiârit tam illorum regnorum quàm ipsorum Judæorum, qui verbis ipsis nolebant fidem adhibere, devastationem, quin etiam illius temporis quo Scriptura exarata est testes idonei et memores essent.

**VERS. 3.** — ET ACCESSI AD PROPHETISSAM, etc. Antiqui Patres et nonnulli ex modernis scriptoribus hæc de Christo interpretantur; quòd is esset *ceter apollator*, qui mox ut natus est ab Oriente, vocerit *Magos*, etc., et multa hujuscemodi, quæ tantum abest ut rejiciam, ut ea ambabus manibus amplectar. Neque possum non vehementer laudare in Patribus ingens illud et prorsus christianum studium investigandi in Scripturis Christum. Verùm cum non unica, imò varia sit ratio Christum in Scripturis inventiendi, nihil me à Religione christianâ alienum duxerim tentare si